MEMORIA GRAECA HERCULANENSIS

CUM TITULORUM AEGYPTI PAPYRORUM
CODICUM DENIQUE TESTIMONIIS
COMPARATAM PROPOSUIT

GUILELMUS CRÖNERT

LIPSIAE
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI
MCMIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

GUILELMO SCHULZE

BEROLINENSI OLIM GOTTINGENSI

D D D

AUCTOR

ineunte anno MDCCCXCVII^mo amplissimo philosophorum Gottingensium ordini dissertationem tradidi examinandam, quam 'Quaestiones Herculanenses' inscripseram. cuius cum tres fuissent partes, prima palaeographica, altera grammatica, tertia denique quae in singulis anonymorum papyris distribuendis versaretur, primam et tertiam ad tempus seposui, ipsas papyrorum relliquias attentis oculis legendas esse ratus; alteram ut amplificarem atque idoneum in ordinem redigerem Guilelmus Schulze suasit, ipse omissorum sedulus monitor, pravorum censor severus. renovati vero operis prima capita in dissertatione Gottingensi vere a. MDCCCXCVIII^mi publici feci iuris.

dein auctumno insequentis anni auctoritate Academiae Regiae Berolinensis Neapolim sum profectus, ubi septem fere menses moratus dum plurimas e papyris ineditis sive male editis lectiones enotavi, multa etiam quae ad grammaticas quaestiones spectant testimonia aut vera aut falsa cognovi aliaque insuper nova repperi haud spernenda.

inde domum reversus iterum totam commentationem retractavi, hoc maxime consilio, ut exemplis extrinsecus comparatis Herculanensia fusius explanarem. nam grammaticorum et editorum potissimum usui mihi consulendum esse videbam. quoad ergo potui, singulas quaestiones inde ab Atticorum aetate usque ad ultima Byzantinorum tempora sum persecutus, in verborum origine detegenda intra Graecae linguae fines pedem cohibui. aliorum operam, ubi praesto erat (nam de codicum scriptoribus praeter sacram memoriam perpauca vidi exposita, quae quidem gravioris essent momenti) adhibui et exscripsi, quamquam haud raro propriis cavi studiis, ne illi nimium confiderem.

editorum vero commodis ita studui prospicere, ut proponerem quid quave aetate fuisset in usu, unde et variarum lectionum facilior fieret delectus et firmius in retinenda sive damnanda codicum fide iudicium. neque inutilem esse credo editori quaestionem, quo tempore singulae lectiones in auctoris verba sint intrusae, quod si secum reputaverit, interdum de codicum pretio atque affinitate rectius poterit iudicare. quodsi veteris Attici cuiusdam scripta tenemus, tres sive quattuor memoriae aetates discernimus, primam Lagidarum, dein Romanorum, tum Byzantinorum priorem (saec. VI—XI) et posteriorem (s. XII—XVI), id quod Thucydidis exemplo liceat adumbrare.

s. IV—I^{a}: ἐφειρημένος IV 38 1 pap. Oxyrh.[1] (ἐφηιρ-[2]), cf. infra pg. 38; δυεῖν I 20 3 C, cf. Meist.[3] 201; Τροιζῆνα I 115 1 libri, Meist.[3] 24; εὑρῆσθαι I 21 1 libri, ib. 172; οὐθέν VIII 87 3 B, infra pg. 156; etc.

s. I^{a}—IV^{p}: πλείωι I 3 5 F δοκείτωι 83 1 E etc., infra 44; ληστείαν I 5 1 ABFGM (ληιστείαν E), infra 50; ὁπλεῖται IV 38 5 pap. Oxyrh., infra 27; Μιτυληναῖοι III 25 2 ABG, infra 23; ἀπήιεσαν IV 39 2 Ox.[1], infra 264; διεζωσμένοι I 6 5 libri (-ωμένοι Hude), infra 226; etc.

s. IV—XI: ἐπολιώρκουν I 27 4 M ἐνεώχμωσε 12 2 AEM (prava est duplicis augmenti ratio Byzantinis imputanda, cf. ἐνεώχμωσε Procop. bell. Vand. 1 7 A ἐνεώχμωσε Theodor. gr. aff. cur. 77 46 C); ἀμνηστούμενα I 20 3 E μνησθέντας 37 1 E etc., cf. Wien. Stud. XXI 56 (ἀειμνήστου librarius Bodleiani Platonis in subscriptione); δεδειώς VIII 66 2 E, cf. l. c. 50; προσίεσαν VIII 66 4 EF (προσήιεσαν ceteri), cf. Procopiana memoria, quae saepissime ἴεσαν et similia praebet; etc. ceterum de Procopii libris peculiari commentatione agere institui.

s. XII—XVI (Tzetzae Planudis Moschopuli aetas): εἰς I 1 1 c (ἐς cett.), cf. infra 113; Πελοποννησίων 9 2 c Χερονήσου 11 1 c, infra 75; γινομένης 13 3 cf (γιγνο- cett.), infra 92; alia.

quamquam fieri vix potest, ut omnes lectiones grammaticas certis temporum finibus circumscribamus, quod vetant cum alia multa tum proprii fere cuiusvis scribae mores. sed correctorum imprimis manum quaerendam esse dico. multi enim sunt, qui orthographicas potissimum et grammaticas res adtingant, veluti LXX versionis Vaticani corrector, suae aetatis (s. XIV) testis gravissimus; cf. quae in speciminis modum composui in indice fontium s. v. Byzantini, memoria sacra, volumina Herculanensia. verum his alius velim insistat.

Passowii lexicon graecum instauraturus id quoque animo prospexi, ut, quae illic propter loci angustias vix obiter possent memorari, hic latius persequerer, quoad prae operis consilio et finibus liceret.

scripsi Bonnae mense Augusto a. MDCCCCIII^{tii}.

GUILELMUS CRÖNERT.

OPERIS DESCRIPTIO.

praefatio . . . . pg. V
glossarii Aegypti papyrorum grammatici specimen . . . . „ IX
LIBER I: quaestiones orthographicae de vocalium potissimum usu. . pg. 1—52

pg.
papyrorum Herculanensium conspectus 1
papyri Aegyptiacae 6
tituli ac codices 7
I. signa grammatica 8
apostrophus vocabuli fines indicans 9
II. verborum inter binos versus divisio 10
tituli 13
papyri et codices 15
correctorum usus 17
hamuli ratio, indicia tachygraphica 18
III. ε ∼ η, ο ∼ ω 19
πώρρω 20
IV. ι ∼ υ: βυβλίον, ἥμυcυ etc.. . . 21
υ ∼ οι 23
V. ε ∼ αι 24
VI. ει ∼ η 25
VII. ι vices dipthongi ει suscipit . 26
ει = ῑ 27
ει = ῐ 30
⏑ειa ∼ -ία, -εῖον ∼ ⏑ιον 31
ιι ∼ ι, ιει ∼ ει 34
ηι ∼ ει (Εὐριπίδει, εἴρηκα etc.) . 35
VIII. iota mutum, adverbia in -αι, -ηι (-ωι) 41
verborum ratio: νικᾶι, ἔχηι, ὁμολογώιην etc.. 43
iota falso positum 45
conspectus vocabulorum: ἀιδω, ζῶιον etc. 47

LIBER II: quaestiones orthographicae de consonarum usu . . . . pg. 53—100

pg.
I. adsimulatio gutturalis: ἐγλέγειν, ἐγ μέν etc. 54
ἐγρέον 55
ἔχθεcιc, ἐξυνηθείαc etc. 56
II. adsimulatio nasalis: ἀγγέλλω ∼ ἀνγέλλω 57
ἔλλειψιc, ἔνρυθμοc 59
cυcτῆναι, cυνζῆν 60
μὲγ γάρ, ἐμ πᾶcι; sequuntur codicum exempla 61
nasalis suppressa: χολή⟨ν⟩ καί etc. 64
III. praepositio ob haplographiam decurtata 65
IV. vitiosa adsimulatio 65
V. singula quaedam: λαμβάνω (λήμψομαι etc.) 65
ΕΝΕΓΚ- (ἠνέγχθη etc.) 68
ἐλέγχω, cαλπιγκτήc 71
ὕcπληγξ, λάρυγξ, πίμπρημι, πίμπλημι, τύμπανον 72
λάμβδα, ἐμηνύνθη 73
VI. nasalis evanida, hybrida transposita 74
VII. μμ ∼ μ 74
VIII. νν ∼ ν 74
IX. λλ ∼ λ 75
X. λ ∼ ρ 77
XI. ρρ ∼ ρ 78
XII. littera ρ submota (γέγαπται etc.) 81
XIII. γ ∼ κ ∼ χ. 81
δ τ θ, β π φ; κύθρα, κιθών . . . 82
XIV. labiales: Πρεταννική 83
ἀcπάλαξ, γρῖφοc 85
XV. dentales: ποταπόc, μαcτόc etc.; μάκτρα, ἄρκτοc 86
XVI. gutturales: media emollita (γναφεύc), cκέλοc 87
πανδοκεῖον; χθ ∼ κθ 88
ἐκθρόc, ἐκχθρόc, ἐκξ 89
κακχάζω 90
tenuis evanida: ὀλίοc, γίνομαι, γινώcκω 91
XVII. sibila: cc ∼ c 92
νῆccoc 93
τιθαcόc, Κνωcόc, ῥυcόc, Cυρακόcιοc 94
c ∼ ξ (cύν); c ∼ ζ (Ζμυρναῖοc) . 95
cζ (cτοχάcζεcθαι) 97
XVII. varia: πλεύμων, μόλιc, φιλίτιον 98

LIBER III: quaestiones grammaticae de vocalium usu . . . . . . pg. 101—132

pg.
I. α ∼ ε (μυελός, πιάζω, ἄπλατος etc.) 101
α ∼ η (φωνάεντα), α ∼ υ, ε ∼ ο, ο ∼ υ 103
II. αι: αἰεί 104
αἰετός, -αιεύς, κλαίω, καίω . . . 106
ὀλισθάνω 107
III. ει: τέλειος 107
πλείων 108
δωρεά, χρεία 109
Ἀρεοπαγίτης, Ἡρακλεώτης, adi. in -ύς -εῖα, varia 110
εἱαυτός, εἱάν; εἰς ∼ ἐς 112
εἵνεκα 113
θεμέλιον, ἔδεξα, χερός ∼ χειρός. 115
IV. ποιεῖν ∼ ποεῖν 116

pg.
poetarum Atticorum usus . . . 118
Latini, -ποῖα 120
ποῶ; τοοῦτος, βοηθεῖσθαι; πνοή, πτόα. 121
ῥοή, χρόα, στοά, Στωϊκός etc. . 122
V. υι: ὑπόγυιος, υἱός 123
ἑστηκυῖα, ἑστηκοῦα, ἑστηκεῖα. . . 124
VI. ευ: πάω, τατό 126
πέταυρον, ἔραυνα 127
VII. ευ: σκεοφύλαξ, ὁ κεραμεούς . 128
VIII. ου: ο ∼ ου, κολλούριον. . . 129
IX. varia: ἐάν ∼ ἄν 130
ἑαυτός ∼ αὑτός, (ἐ)κεῖνος, (ἐ)θέλω 131
(ἐ)χθές, (ἀ)σπάλαξ, ν(ε)οσσός, σκό-ρ(ο)δον 132

LIBER IV: quaestiones grammaticae de consonarum usu . . . . pg. 133—158

pg.
I. ρσ ∼ ρρ, στερεός ∼ στερρός . . 133
II. σσ ∼ ττ. 134
III. -ττειν ∼ -ζειν. 135
IV. σμ ∼ δμ 136
V. (σ)μικρός, (σ)κορακίζειν, σιττακός, ἄμμος 136
VI. ν paragogicum: in terminis nom. et verb. 137
-θε(ν) 139
ἕνεκε, πάλι 140
παλιλογεῖν, εἴκοσι, οὑτοσίν . . . 141

pg.
VII. ς paragogicum: οὕτω, adv. in -άκι. 142
μέχρι ἄχρι, ἐφεξῆ, ὄπιθεν . . . 144
VIII. aspiratio: vitiose omissa (ἕστηκα, εὑρίσκω etc.) 145
insolenter illata (ἵσος, ἴδιος, εἶδον, εἵληφα, ἦχος etc.) 148
migratio aspiratae (ἐφίορκος, ὑφεξαίρεσις etc.). 153
IX. οὐθείς, οὐθενόω 155
οὐθέτερος, οὐθαμῶς οὐθ' ὅλως . 158

LIBER V: de nominum ratione . . . . pg. 159—201

pg.
I. nomina in -α ∼ -η 159
σπεῖρα σπείρης, γεγονυῖα γεγονυίης 160
II. nomina propria in -ΗΣ: ∠ης . 161
-κλῆς, Ἀπελλῆς 162
Ἑρμῆς, Θαλῆς, Ἄρης 163
nomina pr. in -ΑΣ 164
Ἀμφιάραος, τὸν ἵλεω 165
νοῦς, πλοῦς etc., ἀθροῦς 166
III. nomina tertii ordinis 167
IV. varia nominum flexio (δένδροις ∼ δένδρεσι etc.). 174
nomina quae et flexionem et genus mutant 175
quae aut flexionem aut genus mutant (ὁ (ἡ) λιμός etc.) . . 176
V. adiectivorum formae 178

pg.
VI. adiectivorum genera: ἡ Δημοσθένειος 180
ὀλοώτατος ὀδμή simm. 181
singulorum vocabulorum conspectus 182
VII. gradus comparationis: ὁ πλείων ∼ ὁ πλείω 188
πλείονα ∼ πλείω etc., αἰχρότερος ∼ αἰσχίων 189
variae formae (ὀλιγώτατος, πρωτιστος, ἰδιώτερος etc.) 190
-ώτερος ∼ -ότερος 192
VIII. adverbia 192
IX. pronomina 194
X. numeralia 197
XI. iurandi particulae 200

LIBER VI: de verborum ratione . . . . pg. 202—241

pg.
I. augmentum atque reduplicatio. 202
augmentum neglectum 206
augmentum duplex 207
plusquamperfecti formae . . . 209
II. varii termini: -εσαν ∼ -εισαν . 210
futurum exactum, optativi formae att. ∼ aeol. 211

pg.
-οίη ∼ -ώη 214
δοίη ∼ δώη, ἐὰν δοῖ 215
ἐὰν γνοῖ, -οῖμι -οῖς -οῖ, -ωίη ∼ -ῷι 217
-οίμην ∼ -ώμην, -είημεν ∼ -εῖμεν, θεῖτο ∼ θοῖτο 218
-ύοιτο ∼ -ῦτο; imperat.; inf.: -ειν ∼ -εν, ἕναι 219

	pg.
-οῦν ∼ -οῖν, πεπιςτεῦθαι	220
III. verba contracta	221
-έω pro -άω in lingua volgari	222
verba contracta ∼ simplicia	223
-ηςα ∼ -εςα	224
IV. futurum atticum	225
aor. verborum in -αίνω -αίρω	226
V. verborum stirpes: c (ἐλάθη ∼ ἐλάςθη etc.)	226
c ∼ gutt. (ἔπαιςα ∼ ἔπαιξα etc.)	228
c ∼ ν (ὕφαςμαι ∼ ὕφαμμαι etc.); ἐκλάπη ∼ ἐκλέπη	229
VI. futurum medium	230
VII. aoristi alterni ordines (ἤγαγον ∼ ἦξα etc.)	231
VIII. formarum medii ac passivi vicissitudo	236
IX. verba in -μι: -νυμι ∼ -νύω	238
ἐδώκαμεν ∼ ἔδομεν	240
X. adv. verb.	240

LIBER VII: formarum verbalium index alphabeticus . . . . . . pg. 242—283

LIBER VIII: de nonnullorum vocabulorum compositione . . . . . „ 284—299

	pg.
I. nomina in -ημα ∼ -εμα	284
εὕρηςις, εὑρηςιλογία; ἀβελτερία; Παρμενείδης	285
Ὑπερείδης; ἀναλίςκω, ἀνάλωμα	286
φλεγμαίνω, ὀλεθρεύω, ὀξυδερκία; ἡμιωβέλιον, βιωτεύω etc.	287
II. προοίμιον, -τ(ε)ία ∼ -cία	288
-πραξία ∼ -πραγία; αὔξη etc.	289
III. nomina vario in coagulo modo composita	290
IV. nomina deminutiva	293
V. nom. adiect. variae formae	294
Ἀκαδημεικός	295
μικρός, μικκός, μικός	296

index palaeographicus . . . . pg. 300
index grammaticus . . . . pg. 300—302
index vocabulorum . . . . „ 303—312
index fontium . . . . „ 312—317
index memoriae latinae ac barbarae . . . . pg. 318

---

paginae ἡμιόλιον a typotheta relictum variis glossis implere liceat, quas e GLOSSARIO AEGYPTI PAPYRORUM GRAMMATICO speciminis causa selegi.

ΑΘΗΡΑ attica forma ἀθάρη fuisse fertur (ἀθάρης Aristoph. Plut. 673, ubi tamen Ravennas ac Venetus ἀθάρας), aeolica ἀθήρα, volgaris ἀθάρα, cf. schol. Plut. 673 Ἀττικοὶ διὰ τοῦ η ἀθάρης, Αἰολεῖς ἀθήρας, ἡ δὲ κοινὴ διὰ τοῦ α ἀθάρας (rursus Ravennas Ἀττικοὶ ἀθάρας, Αἰολεῖς ἀθήρας). quem vocant grammatici Aeolum usum, Aegyptiis rectius tribuimus, cf. Hesych. ἀθήρα (ἀθηρά cod.)· βρῶμα διὰ πυρῶν καὶ γάλακτος ἡψημένον παρ᾽ Αἰγυπτίοις, cui succurrunt papyri: ἀθήρας χαλκεῖα κα̅ PLeid S 3 25 (II^{a}), ἀθήρα PTebt I 131 (100^{a}), ἀ]θῆραι POxy III 467 4 (fr. artis chymicae scr. s. II^{p}). unde apparet in verbis Plinii XXII 221 'hac (olyra) decocta fit pulmentum quod Aegyptii atheram [sic codd. opt.] vocant' vitiose 'atharam' a nonnullis [ϛ] esse scriptum; cf. etiam Thes. L. L. I 1, 1034.

ΑΛΩϹ nom. ἡ ἅλωc deest, τῆc ἅλω PPetr II 2 14 (260^{a}) μιᾶc ἅλω 121 22 (III^{a}) ἀπὸ τῆc ἅλω RevL 39 6 41 19 (258^{a}) etc. τῆc ἅλω BU 698 17 20 (II^{p}) PAmh II 126 22 (II^{p}), τῆι ἅλω PTebt I 105 5 24 (103^{a}), τὴν ἅλω PPetr^{2} 72 5 6 (III^{a}) ἐφ᾽ ἅλω POxy I 101 37 (142^{p}) PLond II 190 47 (149^{p}) — ἐφ᾽ ἅλων (cf. ἵλεω ∼ ἵλεων νεώ ∼ νεών etc. infra pg. 165) BU 920 19 (180^{p}) PAmh II 147 9 (IV—V^{p}), τῶν ἅλων PPetr II 121 23 (III^{a}), τὰc ἅλωc PFay 121 20 (99^{p}) ἐφ᾽ ἅλωc BU 918 21 (111^{p}) PGenf 78 21 (III—IV^{p}; sic, non ἐφαλῶc = ἀcφαλῶc leg. esse recte monuit Vitelli). mira forma τὰc ἅλω, quam nisi ad exemplum numeri singularis decurtatam esse concedis (ἅλων: ἅλω = ἅλωc: ἅλω), equidem explicare nequeo. adsunt tres loci, qui sese invicem tuentur: ἐπὶ τὰc ἅλωι PTebt I 61^{b} 373 (118^{a}) ἐπὶ τὰc ἅλω 72 374 (114^{a}) τὰc ἅλω Ioseph. Ant. 6 272 libri (ἅλωνας ed. pr. ἅλωc Niese).

ἅλων nom. (cf. ὁ sive ἡ ἅλων in NT, Schmiedel § 8 13): ἐνεπρήcθη μου ἅλων BU 651 5 (192^{p}), ἐκτὸc μιc(θώcεωc) ἁλώνωι (= -νων) PTebt I 84 8 (118^{a}) τῶν ἁλώνων BU 759 10 (125^{p}).

ἄλωc ἄλωοc ἄλωα etc. hucusque frustra quaerimus. procul enim habenda Babrii papyrus bilinguis, in qua est ἄλωα PAmh II 26, 2 43, ubi Crusii editio ἄλωνα praebet (fab. 17).

ΑΡϹΗΝ illo loco satis memorabili: cώμ]ατα θηλυκὰ Παρθένιον Μυρίνην, ἐρcενικά[PPetr II praef. 23 13 (238^{a}) sunt qui Cyrenaicae dialecti vestigia servari dicant. sed iam alia suppetunt testimonia: cώματα ἐρcενικά PPetr^{2} 174 2 (III^{a}) τέλοc ὄνου ἔρενοc λευκ(οῦ) PLond II 79 4 (144^{p}). immo variam volgaris sermonis tenemus formam, cuius originem inde ab Ionum potius dialecto convenit repetere.

ΒΕΛΕΝΚΩΘΙΟΝ? legitur EM 194 31: βελέκκοι· ὄcπρια. ‘καὶ τῶν βελέκκων’ Ἀριcτοφάνηc (fr. 755 K). corrigendum esse βελέκων statuit Dindorf, ne dissentiret Aristophanes ab Hesychio (βέλλεκυc) et Suida (βέλεκοc). litem non diiudicant papyri: βελενκώθια καὶ cηcτρίδια PFay 118 20 (110^{p}) τῶν βελοκίων καὶ τοῦ κίτρου RevEg III 169 13 (VII^{p}). βελοκίων pro βελεκίων scriptum esse dilucide apparet, alterius formae explicatio difficilior est. sine dubio nomen deminutivum tenemus, cuius terminus -άριον fuerit. nam βελενκάρεια in papyro extare suspicor. sed utut res sese habet, βελενκ- facilius ex βελεκκ- quam ex βελεκ- oriri potuit mea quidem sententia. pluribus vero est opus testimoniis quam adhuc e papyris volgata videmus.

ΔΙΩΡΥΞ Lagidarum aetate molli gutturali instruitur, quam rationem Phrynicho displicuisse accepimus (230 L), cf. διώρυγοc PPetr^{2} 80 20 83 10 (256^{a}) διώρυγι PPetr II 15 2 (252^{a}) διώρυγοc PTebt I 72 72 102 (114^{a}) etc., posteris temporibus Atticorum aspirata a nonnullis revocatur, cf. διώρυγε[c BU 543 7 διώρυγοc 227 10 (151^{p}) ζωρύγων (sic, cf. διάβολοc ∼ zabulus) MittER II—III 34 25 (261^{p}) etc. — διώρυχοc CPR I 189 6 (I—II^{p}) BU 10 17 (192^{p}) διωρύχ[ω]ν PGenf 78 27 (III—IV^{p}).

διόρυξ multi e recentiorum numero scribebant iusta in coagmento productione omissa (cf. infra pg. 287 ἡμιοβέλιον): διόρυγοc BU *664 34 (69^{p}) Ostr 577 (137^{p}) etc. τοῦ διορυγίου Wien. Denkschr. 1889, *148 11 (VI—VII^{p}).

ἡ διώρυγοc Byzantinorum est forma, qui in alium ordinem nomen transire iusserunt: τῆc διωρύγου Wien. Denkschr. 1889, 183 2 190 2 (VI—VII^{p}) τῆc διορύγου 149 12 (VI—VII^{p}) BU 818 1 (VII^{p}).

ΕΓΓΥΑΩ tres in partes papyri discedunt:

κατηγγυηκυῖαν PPetr II 55 20 (III^{a}) κατηνγύα POxy III 472 39 (II^{p}), sicut Atticorum potissimum fuit usus, cf. KB II 406, dein διηγγύηcα Wien. Sitz. Ber. 1895, 4 5 (tit. Car. aet. pt.).

ἐνεγυήcατο PPetr^{2} 137 20 25 (200^{a}) εἰc ὃ ἐνεγυ(ήcατο) 170 2 7 171 15 etc. (III^{a}) κατεγγεγύηκαc PAmh II 35 23 (132^{a}), cf. KB l. c.; utrumque modum coniunxit homo Myconius nescio quis: ἐνηγγύηcεν Ἀθήναιον II (1873) 235 (aet. pt.).

διεγγύη[cαν PPetr II 79 12 διεγγύηcε ^{2}54 28 (III^{a}) διεγγυήκαcι ^{2}137 20 25 (c. 250^{a}).

-ΗΛΑΤΗϹ veterum usus, de quo cf. ὀνηλάτηc PTebt I 103 34 (I^{a}) POxy II 399 (I^{p}) ὀνηλατικοῦ PLond II 190 18 (149^{p}) etc., plane eandem ob causam immutatus est a posterioribus, quam modo in voce διόρυξ signavi: ταυρελάτη PGoodsp 9 33 33 23 34 23 etc. ταυρελάταιc 16 9 28 15 (191^{p}, nusquam ταυρηλ-), βοελάτου Wien. Denkschr. 1889, 171 193 (VII^{p}) ὀνελάτηc RevEg III 188 13 ὀνελάται PAmh II 187 8 ὀνελάτη 11 (VI—VII^{p}) etc.

ΚΛΑΛΙΟΝ legimus in papyro quadam Londinensi τὰ κλαλία τὰ β̄ II 114 11 (II—III^{p}), quae res pignoris in locum deposita octo minis est aestimata. alio eiusdem voluminis loco Kenyon exscripsit]ΚΡΗΛΙ( ) 245 6 (II^{p}), quae vox ipsa quoque pignus quoddam significat. de poculorum genere κρανίον ab Athenaeo commemorato (κρατάινον· μήποτε τὸ νῦν καλούμενον κρανίον ἔκπωμα οὕτωc ὠνόμαζον οἱ ἀρχαῖοι XI 479^{e}) non potest cogitari. viam demonstrant lexica vetera: κλαρά· ψέλλια Hes. κλανία· ψέλλια βραχιόνων id. κλάρια (sic)· ψέλια βραχιόνων Cyrill. (Thes. IV 1600^{d}). liquidas invicem mutatas non miramur, neque haerendum in vocali η, modo revera sit tradita. verum hic quoque vocis absconditae rationes melius explanabunt novi papyrorum thesauri. ceterum voces synonymae βραχιόλιον περιχείριον non leguntur in papyris, at legitur ψέλιον inde a Tiberii aetate: ψελίου POxy II 259 11 (23^{p}) ψελίων 265 3 (I^{pf}) etc., cf. imprimis ζεῦγοc ψελλίων (= κλαλία τὰ β̄) BU 22 31 (114^{p}).

LIBER I.

In rebus linguae Graecae orthographicis quid praestantius uniceve verum esset usque ad initium XIX^{mi} saeculi aut plane ignorabatur aut solis e Byzantinorum codicibus vel grammaticorum veterum suffragiis diiudicabatur. Deinde ut taceam de eis, quae ex ratione metrica imprimis Angli eruerunt, titulorum copia quae iam in dies amplior suppetebat paulatim adhibita est, unde largus fructus redundare coepit. Interim innotuit tertia quasi linguae Graecae memoria, eam dico quam papyri praebent variis locis solo ereptae. Et primum quidem recuperata est philosophi cuiusdam Epicurei bybliotheca. Quicquid inter cineres legi potuit magnis temporum intervallis Academici Neapolitani publici iuris fecerunt. Verum paulo post alio loco alius scriptorum generis exempla inventa sunt, primusque Schow a. 1788 ad edendas papyros Aegyptiacas accessit. Aedes Herculanenses praeter illas copias nil amplius quod quidem aetatem tulit servasse videntur, Aegyptus vero quo magis explorata est eo maiora reddidit neque acta solum publica privatave reperta, sed etiam historicorum oratorum poetarum libri singulis olim mortuis ut fati comites additi nunc inter pretiosissimos bybliothecarum thensauros feruntur.

Sic quae antea tanti facta erat Herculanensis bybliotheca cessit papyris Aegyptiacis, nunc omnium exspectatio ex Anglorum copiis pendet, quarum magna pars nondum aperta nedum exhausta est. Tamen nonnulla quae ad res grammaticas spectant tractaturo papyri Neapolitanae aptiores visae sunt, primum quod librarii huius bybliothecae immunes sunt a multis vitiis, quae Aegyptios scribas omnium fere temporum infecerunt, deinde librorum Herculanensium infimus est annus LXXIX p. Chr. n., ita ut temporis spatium ab altera parte certe definitum sit, licet multae praecipue Epicuri papyri primo ante Chr. n. saeculo sint tribuendae. Ipsius vero Philodemi manus sive Demetrii aliusve auctorum VH haud tulerit aetatem.

Neque ad Herculanenses neque ad ceteros libros papyraceos[1]) ad-

1) Dum haec retracto anno MDCCCXCVIII conscripta praesto sunt duo Edwini Mayseri opuscula: Grammatik der Griechischen Papyri aus der Ptolemäerzeit I Orthographie und Vokalismus (Progr. Heilbronn 1898) II Konsonantismus (Progr. Stuttgart, Karlsgymnasium, 1900). Multa in his diligentissime conlecta atque explanata, nonnulla egregie inventa et indagata vidi, neque tamen hisce

huc fere accessit diligens rerum grammaticarum observatio.[1]) Et in hac re libris Neapolitanis id maxime offecit, quod singula nimis dispersa erant et saepe duorum testium fide concinnanda, quodque multa ut rudis moles impolita latebant, quae tamen difficultates nunc plerumque sublatae sunt indefessis Gomperzi Sudhausi Scotti aliorumque curis. Itaque operam dedi ut omnia quae adhuc in lucem emissa sunt indagarem et excuterem, qua in re universitatis Bonnensis bybliotheca liberalissime eo me adiuvit, quod imagines phototypicas apographorum Oxoniensium domi examinandas mihi tradidit. Sed iam quibus compendiis in afferendis libris usus sim exponendum est:

VH Volumina Herculanensia; prior et altera collectio numeris minoribus indicatur, velut VH I^1, X^2 etc. In afferendis locis et numerum fragmenti columnaeve una cum versu et folium voluminis exhibebo hocce modo: X^2 145, 7 16. Raro accidit ut media columna temporum iniuria intercepta inferioris partis versus ab
ai imo potius numerandi essent, qua in re „ai" addidi Buechelero duce. Haec cum per se dilucida sint, compendium VH plerum-
n que omisi. In afferendis apographorum lectionibus n significat
o Neapolitanum, o Oxoniense exemplar.

O Collectio imaginum phototypicarum, quae exhibet praeter ea, quae iam ante edita erant, totas apographorum Oxoniensium copias in septem volumina divisas. Singulae paginae quia duplicem ordinem prae se ferunt, alterum voluminis, alterum totius collectionis, illam supra hanc infra notabo, velut O IV 850, 16 5.

p papyrus (pi papyrus inedita).

ap apographum.

Ακ Academicorum index, edidit ex p 1021 I^2 162—197 et pi 164 SMekler Berolini MCMII. Columnas secundum Neapolitanos numerabo. Saepe apographum Oxoniense solum memoriam servavit; huiusmodi locos Mekleri pagina signabo.

Δ Demetrius. Δπ = p 1014 Δημητρίου περὶ ποιημάτων B, Δε = p 1012 VII^2 1—29, quam papyrum Demetrii esse et in vindicanda

---

libellis editis mei operis consilium funditus mutandum esse censui. Quare ubi expedire vidi lectorem ad Mayseri commentationem relegi ceteris in quaestionibus aevi Lagidarum papyros meis ipsius curis recensurus. Saepius etiam laudabo Alberti Thumbii librum 'Die griechische Sprache im Zeitalter des Hellenismus' (Strassburg 1901) quaeque KDieterich conlegit quamvis incomposita et nonnumquam fallacia (Untersuchungen zur Geschichte der griechischen Sprache, Leipzig 1898).

1) De voluminibus Herculanensibus, si omittimus adnotationes Academicorum magna ex parte nugales, quae satis superque explosae sunt, hi fere aliquid attulerunt: AvBamberg ZfdG 1874 13—16 ει = ῑ 10 κενότατον 21 ἑώρακα 26 ϲεϲωμένοϲ (falso) 36 ἐμπιμπράναι GMeyer et saepius FBlass in grammatica linguae Graecae Mekler Ind. Acad. (Ακ) pg. VIII—XII Sudhaus in indice grammatico Rhetor. II 370—371 Schmid Atticismus hinc inde ut II 17 22 23 26 28 29 31 33.

Epicuri doctrina atque oratione versari peculiari editione me brevi demonstraturum esse spero. Utramque papyrum diligentissime retractavi, quare novum paginarum ordinem inducendum intellexi.

Є Epicurus; singuli operis de natura libri litteris graecis exprimuntur: Є$\overline{\iota\alpha}$ Є$\overline{\kappa\eta}$ sim. Ubi duo adsunt apographa, et papyrus et ordo Neapolitanus additur. In Є$\overline{\kappa\eta}$ (edito Herm. vol. XXIX 5—14) Hermae paginis utor, similiter in Є p 1619, quam una cum p 1056 et p 697 edidit Gomperz Wiener Studien I 27—31 (Є p 1619 WS I 31 100 sim.).

Κα Carneiscus (p 1027 V^2 182—195).

Κω Colotes. Κω ευ = p 1332 VI^2 96—104, Κω λ = p 208 VI^2 112—120 (contuli).

Μ Metrodorus (p 831 X^2 71—80, quam Metrodoro adscripsit simulque edidit AKoerte Metrodori fragmenta 571—591).

Π Polystratus. 1) p 336—1150 ed. Gomp. Herm. XI 399 sqq. 2) p 1520 V^2 196—200 (prior pap. mera littera Π signatur).

Στ Index Stoicorum, ex p 1021 ed. DComparetti Riv. di Fil. III 1875; papyrum ipse totam contuli propediem editurus.

Φ Philodemus.

Χ Chrysippus. 1) p 1038 V^2 22—25. 2) p 1020 X^2 112—117. Chrysippo adscripsit editor HvArnim (Herm. XXV 473—495, cuius paginae exhibentur). 3) p 307 VIII^2 176—193, edidi Herm. vol. XXXVI 550—567.

Accedit conspectus singulorum Philodemi scriptorum:

αι anon. (mea sententia Φ) p 19—698, ed. Scott Herculan. 253—305.

β περὶ τοῦ καθ' Ὅμ[ηρ]ον ἀγα[θοῦ β]ας[ιλέως p 1507 VIII^1.

επ περὶ Ἐπικούρου p 1232 VI^2 106—111.

επ$\overline{β}$ περὶ Ἐπ[ι]κούρου Β p 1289 O V 1051—1057, 20—26.

ευ περὶ εὐςεβείας ed. Gomperz Herkulanische Studien II 1866 (nova utor collatione).

θ περὶ θανάτου Δ ed. SMekler Wiener Sitz.-B. 1886.

θᾱ περὶ θεῶν Α p 26 ed. Scott Herculanensia 205—251.

θδ περὶ θεῶν διαγωγῆς p 152—157 ed. Scott Herculanensia 93—204.

κ περὶ κολακείας p 1675 I^2 1—13, p 222 I^2 75—83, p 1082 I^2 84—92, p 1089 VIII^2 1—7, p 223 VIII^2 138—141, p 1643 XI^2 133—134, p 237 O VI 1576, 211, pi 245, 479?, 1645.

μ περὶ μουςικῆς Phil. de musica ed. JKemke, Lipsiae 1884.

οι περὶ κακιῶν Θ [= περὶ οἰκονομίας] p 1424 III^1.

ομ περὶ ὁμιλίας p 873 V^2 176—181.

ορ περὶ ὀργῆς p 182 ed. Gomperz Lipsiae 1864.

π περὶ ποιημάτων.

πβ̄ Philod. περὶ ποιημάτων libri secundi quae videntur fragmenta conlegit AHausrath Lipsiae 1889.

πδ̄ περὶ ποιημάτων Δ p 207 II^2 148—158 (contuli).

πε̄ περὶ ποιημάτων Є p 1425 II^2 159—197 (alterum apographum πε̄β p 1538 II^2 198—208). Ceterarum operis Philodemei papyrorum conspectus exstat infra pg. 6.

πα περὶ παρρηςίας p 1471 V^1 (contuli magna ex parte).

πλ περὶ πλούτου A p 163 III^2 72—109 (adde pi 97, 200, 495 tab. II).

πρ πε[ρὶ] Ἐπικούρο[υ] . . . . . πραγματεῖαι p 1418 I^2 107—131 (denuo contuli; accedit pi 176 luculentissima).

προν [Φ (ut mihi videtur) περὶ προνοίας] p 1670 O VI 1421—1424, 134—137; sed plura praebet apogr. Neapolitanum ineditum.

πτ πρὸς τοὺς [p 1005 I^2 132—161.

ρ I II Phil. volumina rhetorica ed. SSudhaus, Lipsiae I 1892, II 1896.

c περὶ [cημείω]ν κ[αὶ] cη[με]ιώcεων p 1065 IV^2 1—41 ed. Gomperz, Herkulanische Studien I 1865.

υ περὶ κακιῶν I [= περὶ ὑπερηφανίας] p 1008 III^1.

cτ περὶ τῶν Cτωικῶν p 339 VIII^1. Libellum gravissimum, cuius alterum quoque in papyris VH indagavi apographum, multo plura exhibere moneo quam Neapolitanorum cura patefacta sunt. Qui vulgo fertur titulus περὶ τῶν φιλοcόφων ab Italo nescio quo interpolatus est.

φιλαργ [περὶ φιλαργυρίας] p 1613 VII^2 124—135, p 253 VII^2 191—196, p 465 IX^2 187—200, p 1090 X^2 155—175, p 1645 XI^2 135—140, pi 415, 421.

χ περὶ χάριτος p 1414 X^1.

In libris αι ευ θδ μ ρ c editorum paginas adferam ceteroquin fere columnarum et fragmentorum numeris usurus. Quoniam autem magni scire interest qualis sit librarius cuius manum teneas, singulis locis crucem (†) vel asteriscum (*) praefigam: illud probos hoc negligentiores significat scribas. Et quo facilius quae ratio intercedat inter illa scribendi genera appareat, missis minoribus papyris brevem confeci laterculum. Meliori igitur notae adsignandi libri αι β κ οι π (libr. α, β) πα πλ πτ ρ (libr. α, β) υ cτ φιλαργ χ Aκ Єια̅ ιδ̅ ιε̅ κη̅ Kα X p 307 1020, ad deteriores ablegavi ευ θα̅ θδ μ ομ ορ π (libr. γ) πρ ρ (libr. γ, δ) Δε Δπ Є p 1191 M Στ, medium ut ita dicam genus tenent θ c Π. Saepissime accidit, ut apographa lectiones praebeant magni quidem abs te iudicatas, sed quas inspecta papyro vanas esse aegre cognosces. Itaque ea, quae meis ipsius oculis legi Neapoli, disertis verbis (e. g. 'ipse legi') indicanda esse censui. Denique singulae operis de poetica et de rhetorica papyri quomodo inter librarios modo memoratos sint distribuendae, hisce tabellis aperire studui quas quidem secutus sim rationes alias certius indicaturus.

ρ liber	scriptura pura (ι = ῑ) α litterae magnae rotundatae, in fine versuum haud raro producuntur interrupto etiam ordine	 β litterae mediae, Ͱ = H, saepius interpunctio adest	scriptura volgaris (ει saepe = ῑ) γ litt. magnae fluctuantes, ι ἀνεκφώνητον saepe omissum	 δ litteratura media, Υ = Τ, haud raro interpunctum
I			p 1427 V^2 26—35 = I 1—12	
II		p 1674 IV^2 42—108 = I 13—99 p 1086, p 425, p 1079, p 1580 } II 65—67, 99—130		p 1672 V^2 36—76 = I 84—146 p 408, p 409, p 1573, p 1117 } II 67—99
III?		p 1015 V^2 77—152, p 832 VIII^2 44—67 } = II 1—64		
IV a	p 1423 XI^1a = I 147—161			
IV b			p 1007 XI^1b = I 162—225	
V?		p 1669 V^1 = I 225—270 p 220 VI^2 188—199 = II 131—143 p 1078, p 1080 } VII^2 161—185 = II 143—167		
inc.		p 1004 III^2 110—209 = I 325—385		
inc.	p 221, p 245, p 398, p 1612, p 1619, p 426, p 380 } II 176—187, 190—195 p 463 IV^2 182—191, 204—208		p 224 VII^2 140—156 = II 168—176	
hypomnematicon		p 1506 III^2 1—71 = II 196—272		p 1426 IV^1b = II 253—272 p 240, p 455, p 467, p 468, p 1114, p 1653, p 473 } II 273—303 p 1099 X^2 176—178 p 1101 X^2 179—181 p 469 X^2 39—41 p 1646 XI^2 141—142

Contra papyros Philodemi, in quibus de rebus poeticis agitur sic distribuam:

α	β	γ
medium scripturae genus, perraro ῑ = ει, ποητής et ποιητής, fere nullae correcturae, nulla signa intra verba praeter paragraphos	litterae grandes, rotundae, ῑ ubique servatur, ποητής ποεῖ, interpunctio adest (′), saepe in versuum exitu comparet ‹	ductus maiores et planiores, ˥ = T, ῑ saepius = ει, ποιητής et ποητής, interpunctio raro notatur, in fine versuum bis legitur ⁒ (IV² 172 4 195 12)
p 207 II² 148—158 πδ̄ p 1425 II² 159—197 πε̄ p 1581 VII² 157—160 p 228 VIII² 163—165 p 403 IX² 25—30 p 407 IX² 31—33	e p 444 460 463 1073 1074 (= IV² 109—208) omnia huc collocanda praeter p 463 (IV² 182—191 204—208) et eas paginas p 1074, quas librario γ tribui. Hausrathii distributio (πβ̄ 213—218) non ubique sibi constat p 1081 VII² 94 96—97 99 101—123 p 466 X² 1—13	p 1074 IV² 159 165 171—172 176 195 198 201 p 1081 VII² 81—93 95 98 100 p 994 VI² 127—187 p 1676 XI² 147—166

Omisi in hoc conspectu p 1538 πε̄β II² 198—208 et exilia fragmenta p 128 VIII² 127—133, p 89 VIII² 121—126.

Ea quae ex VH exhauseram quatenus fieri potuit cum ceteris linguae Graecae monumentis comparare in animo fuit, et maxime quidem tractatum quicquid ex Aegyptorum papyris volgaribus hucusque editum est. Compendia vero plerumque ad ea adaptavi, quae Wilcken Arch. f. Pap. I 24—28 proposuit. Sunt autem haec:

BU Aegyptische Urkunden aus den Königlichen Museen zu Berlin, herausgegeben von der Generalverwaltung, Griechische Urkunden, Berlin 1894 sqq. (aet. rom. et byz.).

CPR KWessely, Corpus Papyrorum Raineri Archiducis Austriae, I, Wien 1895 (aet. rom.).

DA ADieterich, Abraxas, Studien zur Religionsgeschichte des späteren Altertums, Leipz. 1891 (papp. mag. s. III—IV).

DPM ADieterich, papyrus magica musei Lugdunensis Batavi, Jahrb. f. kl. Phil. Suppl. XVI (= PLeid V s. III—IV).

Eud Eudoxi ars ed. FBlass Kiliae 1887 (= PPar 1; ante 165ª).

MittPR Mittheilungen aus der Sammlung der Papyrus Erzherzog Rainer I—V, Wien 1887—1892 (aet. rom.).

PAmh The Amherst papyri by BGrenfell ant AHunt London I 1900 (pap. christ.) II 1901 (aet. ptol. rom. byz.).

PBer Parthey, Zwei griechische Zauberpapyri des Berliner Museums, Abh. d. Berl. Ak. 1865 109—180 (s. II—IV).

PDresd KWessely, Die griechischen Papyri Sachsens, Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. 1885 276—283 (aet. ptol.)

PFay Fayum towns and their papyri by BGrenfell, AHunt, DHogarth; London 1900 (plerumque aet. rom.).
PGenf JNicole, Les Papyrus de Genève, Genève 1896, 1900 (aet. rom.).
PGrenf I PGrenfell, An alexandrian erotic fragment and other greek papyri chiefly Ptolemaic, Oxford 1896.
PGrenf II Gr. and Hunt, Gr. pap., Ser. II, Oxf. 1897 (aet. ptol. et rom.).
PLeid CLeemans, Papyri graeci Musei antiquarii publici Lugduni Batavi, I 1843, II 1885 (praeter papyros magicas aliasque id genus s. II a. C.).
PLeipz KWessely, Die griechischen Papyri Sachsens, Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. 1885 pg. 237—275 (s. III p. C.).
PLond FGKenyon, Greek papyri in the British Museum, London I 1893 II 1898 (aet. ptol.-byz.).
POxy The Oxyrynchos Papyri by BGrenfell and AHunt London I 1898 II 1899 (aet. rom. et byz.).
PPar MWBrunet de Presle, Les papyrus grecs du Musée de Louvre et de la bibliothèque Impériale, Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque impériale XVIII 2, Paris 1866 (plerumque s. II a. C.).
PPetr JMahaffy, On the Flinders Petrie Papyri, Dublin, I 1891, II 1893, Appendix 1894 (s. III a. C.); $PPetr^2$ edit. alt. Dublin 1903.
PTor APeyron, Papyri graeci regii Taurinensis Musei Aegyptii, Taurini, I 1826, II 1827 (aet. Ptol.).
PVat AMai, Classici auctores IV 445—446, V 601—604 (papyri Vaticani aet. ptol.).
RevEg Revue Égyptologique (plerumque aet. byz.).
RevL BPGrenfell and IPMahaffy, Revenue laws of Ptolemy Philadelphus, Oxford 1896 (a. 258 a. C.).
ThebBank UWilcken, Actenstücke (Abh. d. Berl. Ak. 1887; s. II a. C.).
WL, WM KWessely, Denkschr. d. Wien. Ak. 1888 (WL = pap. mag. Paris., WM = pap. Mimaut; pap. Anastasy ed. PLond I 65 sqq.).
W 1889 KWessely, Denkschr. d. Wien. Ak. 1889 (papp. Paris. aet. byz.).
W 1893 KWessely, Denkschr. d. Wien. Ak. 1893 (papp. mag., sed maximam partem melius in PLond I repetitae).

In exscribendis DA PGrenf Leipz Lond Petr Vat W 1889 1893 editorum paginis usus sum; dum examinarem PGrenf Leid Lond Par Petr Tor Vat RevL auxilio fuit libellus quem conscripsit Stanislaus Witkowski Lembergensis: Prodromus Grammaticae papyrorum aetatis Lagidarum (act. Acad. Crac. class. phil. XXVI Crac. 1897), in quo multa editorum vitia collatis plerumque imaginibus emendata, alia melius temptata et explicata vides. Diligentem ubique de tempore singulorum testium institui quaestionem; si certus annus deerat, secundum totius papyri habitum saeculum vel aetas eligi debuit. Haecce velim discas: notae (pt) (i) (chr) (byz) (ar) significant aetates Ptolemaeorum, imperatorum Romanor., Christianorum, Byzantinorum denique Arabum. II^a, I—II, 137^a, 150^p sim. facile intelliguntur; ^{i} (initium) ^{m} (medium) ^{f} (finis) singulis saeculis ubi necesse fuit adieci. Inter papyros quas vocant litterarias maxime adhibui Anonymi Iatrica (Iatr) e papyro Musei Britannici a Dielsio edita; huius libelli rationes ubique cum usu VH contuli. Praeterea multa mihi suppeditaverunt Aristotelis et Hyperidis libelli, e recentioribus scriptoribus adhuc primum locum obtinet Philonis papyrus.

Multo minus testimoniorum e titulis conquisivi; prae caeteris perscrutatus sum libros hosce: Bulletin de corr. hell. (BCH), Journal of Hell. stud. (JHS), Papers of American School (PAS), Le Bas-Waddingt. (LBW), Inscr. Mus. Brit. (IMB), Viereckii lapides (Vier.); papyri instar erat Epicureus Oenoandensis (EOe) ab Usenero RhM 47 (1892) editus.

Iam ad eos scriptores venio, qui codicibus medio quod dicitur aevo scriptis servati sunt. In multis quaestionibus papyri volgares aut pauca aut nil praebuerunt; ut ergo Philodemi in rebus grammaticis consuetudo melius percipiatur aequales circumspexi elegique Agatharchiden (II^{af}; utor editione Muelleri Geogr. Graeci min. I), Geminum (I^{am}; editio adfuit Manitii), Asclepiodotum (I^{am}; Kriegsschriftsteller ed. Koechly und Rüstow II 1), Strabonem (I^{af-pi}; ed. Kram. mai.), Onosandrum (I^{pm-f}; ed. Koechly), quorum omnium adhuc non exstitit qui res grammaticas patefaceret. Ceterorum scriptorum — poetarum raro habui rationem — quo antiquiores hodie feruntur codices, eo maiore cum studio quid ex his erui posset inquisivi, qua in re palma utique danda erat libris sacris, quorum primarii Alexandrinus Sinaiticus Vaticanus Sarravianus. Non tamen omnia exhaurire volui, quae peculiari magis commentationi relinquenda, sicut etiam linguae Graecae in glossariis graeco-latinis memoriam raro adhibui, ne nimium praeriperem. Inter profanos auctores ampla plerumque lectionum copia ab editoribus ornatos maxime versavi Iosephum Philonem commentatores Aristotelis. Saepenumero Byzantinorum medii aevi actorum habui rationem; rarius ad hodiernos deflexi, Hatzidacio plerumque duce.

Exordiendum est ab iis signis grammaticis, ex quibus aliquid de pronuntiatione disci potest, accentus dico et spiritus. Non ita multis opus est verbis. Nam accentus praeter ЄΞΗ͂ ρ I 5 25 (nisi falso descriptum pro ЄΞΗ̍) ΓЄΓΟΝΌΤΟ͂Ϲ ρ II 71 3 ΆΥΤΟΥ (ipse legi) Δπ 20^d 9 (= αὐτοῦ 'hic'; hoc testimonium fortasse non parvi aestimandum pretii, quamquam huius accentus ne vestigium quidem alibi servatum video; at possis αὔτωϲ comparare) ΧΩ͂ΡΑΝ μ 11 10 (sic voluit Landwehr GGN 1885 982; ipse num recte traditum sit dubito) ϹΦΟΔΡ́ΩϹ (sic fertur) μ p 225 VIII^2 145 non leguntur nisi in nonnullis operis de re poetica paginis, quas libr. β conscripserat. Haec fere exstant: ΜЄ́Ν π$\bar{\beta}$ 2 4 12 12 ΟΥ]ΚЄ́ΤΙ 12 10 ΓЄΓΟΝЄ́ΝΑΙ 12 6 ΌΠΛ[ΟΝ 12 8 ΜΗ]ΘЄ́ΝЄ́ΤΙ 12 14 ΑΠΟΔΙΔΌΝΑΙ 12 16 ΤΌΙϹ 12 21 Κ]ΎΚΛΟϹ 14 10 ϹΥΛΛΑΒ]ΉΝ 14 6 ΓΛΥ]ΚΑΊΝΟΥϹΑΝ 14 8 … ΑϹΜΌΝ 14 13 Ό[ΤΙΔΗΠΟ]ΤЄ 14 19 ΔΎΝΑϹΘΑΙ 14 20 IV^2 160 58 4 ΌΤΑΝ 160 58 6 ΤΟΥϹ́ 144 36 11 ΓΆΡ 158 53 7 Є́ϹΤΙΝ ib. 9; notandum ΉΧΟΝ π$\bar{\beta}$ 12 13. Gravis igitur qui vocatur accentus deesse videtur, nisi quae π$\bar{\beta}$ 12 7 apparent ex ΔЄ̀ depravata sunt. Restat circumflexus: ΓΝΩ͂ϹΙΝ 12 11 ΤΗ͂Ϲ 13 8 14 18 ΤΩ͂Ν 14 14 IV^2 160 58 34 Α]ΠΛΗ͂ 12 13 ΔЄΙ͂Ν 14 ΠΟЄΙ͂Ν 3 20. Pro ἧ 14 19 exscriptum est Η̇, a nostro usu recedunt

Ḣ (ἥ) πβ 1 14 ΟΫΔΕ (οὐδέ) 12 22 ΤÀC IV² 160 58 2. Fere nulla spiritus exempla: ÀIPEI (αἱρεῖ) πβ 27 4 (= IV² 155 48 4; falsus est Hausrath αἱρει indicans)[1]) ΟΥΚ'ΑΡΕCΤΑ[C π p 1676 XI² 154 1 3 de quo mox dicetur. Neutrum signorum genus ex Iatricorum papyro prolatum.

Ex eo quod perpaucae tantum papyri Hausrathianae accentuum usum servarunt, sine dubio talia a correctoris manu provenisse concludi oportet, id quod saepius in sacris libris Tischendorf olim monuit; sic in Iliadis celeberrimo Bankesiano diorthota singulos versus nudis litteris exaratos grammaticorum signis illustravit (cf. CHaeberlin Centralbl. f. Bibliotheksw. XIV [1897] 210). Spiritus forma diminuta ⊢ bis adhibita in papyro Aristotelica (ḢΓΩ̃ΝΤΑΙ col. 13 11 Ά 12 3); in PLeidW (mag. III—IV^p) similis est ductus: ∠ (cf. Leemans 202).

In titulis Atticis tales orationis distinctiones inde a s. V^p demum emergunt (cf. Meist³ 13); sed ad initia Romanorum aevi referendus titulus Epidauricus (cf. JBaunack, Aus Epid. 21), in quo exstat ΟἹΕΡΕΥC.[2])

Ne vero nimis palaeographicorum provinciam usurpasse videar, satis sit memorare me in papyris vulgaribus praeter magicorum libellos non invenisse similia nisi ΟΥΧ'ΥΠΗΝΤΗCΕΝ BU 321 20, 322 21 (219^p), quod eodem spectat atque illud οὐκ' ἀρεcτά[c] supra allatum. Talia etiam in quadam Sapphus papyro animadvertit Blass (cf. Hyperidis ed. tert. XII adn. 1); in hoc tamen erravit, quod hunc usum e grammaticorum praeceptis de οὐκί vel οὐχί somniantium derivavit. Etenim ex iis codicibus veteris novique testamenti, qui maxime ad antiquitatem redeunt, saepe eis consonis, quae singulas voces claudunt, spiritum additum esse cognoscimus praeter ν et c. Maxime hic usus in nominibus propriis valuit, velut ΔΑΝΙΗΛ' ΜΩΑΒ' ΙΕΡΟΥCΑΛΗΜ', rarius alibi conspicitur. Sic in codice Ambrosiano Pentateuchi s. V (ed. Ceriani Monumenta sacra et profana III 1864) legitur ΥΔΩΡ'ΤΗC et ΫΔΩΡ'ΕΚ fol. 47 CΤΕΑΡ'ΒΟΩΝ 124 ΓΑΡ'ΕΩΡΑΚΑΤΕ 44 CΚΩΛΗΞ'ΕΓΕΝΕΤΟ 50 ΆΠΑΞ'ΤΟΥ 155 ΟΥΧ'ΕΨΗCΕΙC 97, codex LXX Sarravianus s. IV—V a Tischendorfio exscriptus exhibet CΤΕΑΡ'ΠΕΡΙΕΛΕΙ CΤΕΑΡ'ΤΟΥ 20^a 9 24^b 27 CΤΕΑΡ'ΑΠΟ 29^b 16 30^b 4 ΕΞ'ΕΤΗ 59^a 20 22 ΕΞ'ΥΜΩΝ 60^a 5 63^a 23 ΘΡΙΞ'ΕΝ 49^a 14 ΘΡΙΞ'ΑΥΤΟΥ 49^b 1 ΟΥΚ'ΕΠΙΧΕΕΙ 22^a 10 ΟΥΧ'ΑΨΕΤΑΙ 48^a 11 al., e cod. evangeliorum Θ (s. VI—VII) idem (Monumenta inedita 1846 17) enotavit ΕΚ'ΔΕΞΙΩΝ; alia aliunde ex eodem opere peti possunt.[3]) Ea solum fere in libris uncialibus reperiuntur, in nominibus propriis unum alterumve exemplum in codices antiquiores minusculae scri-

1) In dipthongis promiscue et priori et alteri litterae antiquitus spiritus additus esse videtur, cf. DA 176 11 ΟΫ B, ȮΥ A; 180 18 ȮIC B. ȮΥ ȮΥΝ in commentario anonymi Neoplatonici in Parmenidem s. V exarato (RhM 47) col. 12 33 10 12. Similia e vetustissimis codicibus uncialibus petenda.

2) v. PCavvadias Fouilles d'Epidaure I, Athènes 1891.

3) v. Thompson, Handbook of gr. and lat. Palaeogr.² 73, W Wattenbach, Anl. zur gr. Pal. 10.

pturae migravit (etiam ἐναλλάξ᾽ τὸν πόκον et ἐκ᾽ ϲειρῶν legitur, Usener, der hl. Theodos. 30 24, 72 23 in cod. s. XI, ἐξ᾽ ὀνόματοϲ Dionys. Hal. epist. ad Ammaeum 2 cod. P s. X; similiter acta medii aevi graeca, cf. ἐξ᾽ ὧν Cusa I 333 s. XII ἐξ᾽ αὐτοῦ 336 al.), acrius retenta hamula in voce οὐκ et οὐχ.[1]) Ex. g. Aristophanis Ravennas hoc more utitur, cf. οὐχ᾽ Thesm. 7 8 32 97 etc. οὐκ᾽ 5 188 226 etc., codex Aristotelis de poetica libri (s. XI) οὐκ᾽ 6 1450ª 16, Iuliani Vossianus (s. XII—XIII, cf. Hertlein I vii) οὐχ᾽ ex consuetudine scribit, quae vel in libros typis expressos irrepsit, velut ex Aldi officina (Alex. Aphrod. in Arist. ϲοφ. ἐλ. Ven. 1520 fol. 2ª) οὐχ᾽ ὥϲ prodiit, in Strabonis editione maiore οὐχ᾽ ὥϲ οὐχ᾽ ὁ exstat II 184 13 421 7 Kram., Lobeckiumque ipsum (Phryn. 176) οὐχ᾽ ὡϲ effugit.

Haec omnia arcte cohaerent cum ea quaestione, quam deinceps instituam. Graeci enim in syllabis pronuntiandis distinguendisque admodum diligentes fuerunt, cuius rei gravissimum est testimonium librariorum usus singulos versus terminantium.[2]) Duo autem genera distinguendi constituas; alterum in disiungendis mediis vocibus versatur, alterum in singulis verborum compositorum partibus et in elisione. Si prius illud genus spectas, voces quales sunt πυκνόϲ λυπρόϲ πολλά πράττειν uno tantum modo dividi possunt: λυ|πρόϲ πυ|κνόϲ πόλ|λά πράτ|τειν.[3]) Item si prior consona labialis vel gutturalis, altera dentalis est, certus est dirimendi usus, veluti γρα|πτόϲ ἑ|φθόϲ πρα|κτόϲ ἄ|χθοϲ, qui diligenter in VH servatur excepta p*1426, in qua ter alia cernitur divisio: ἐμπράκ|τουϲ ρ II 265 21 δεκ|τόν 269 11 κεκ|τη-

---

1) E papyris addatur PLond I 84—88 (homeromantia s. IIIᵖ). In hoc libello in elisionibus additur apostrophus, praeterea: ΟΥΚ᾽ΑΙΝΟΤ[ЄΡΟΝ 86 82 ΟΥΚ᾽ЄΔΙΗΝЄΝ 87 91 ΟΥΚ᾽ΑΡЄΤΑ 87 95 ΟΥΧ᾽ΥΙΟϹ 136.

2) Paucis absolvendum certum vitiorum genus. Nonnumquam enim eadem littera bis expressa apparet: Κάδ|δμον *ορ 16 15 παρατιθεμέν|ναιϲ 30 22 ἀρχ|χὴν *ευ 45 18 [ϲυνελό]ν|ντι 147 24 ὑφέμ|μενοϲ *π VII² 87, 9 23 κοιν|ν[ῶ]ν ρ I †71 28; cf. ῥυθ|θμούϲ *μ 95 16 γέν|[ν]οϲ 69 32 περιαπ|πτειν *ορ 43 16; verum ἀποφθεγ|γματικούϲ Єτιδ VI² 9 2 et ἐπ]εν[η]νεν|γμέν[οι ρ I †67 13 prorsus alia ratione scribi fatendum est, quam infra persequar libro II. Similia in titulis observantur: ἱαρ|ρεύϲ tit. Epidaur. (Baunack, Stud. I 17) Ἀνφια|αροῦ γυν|ναικόϲ CIG I 3498; e papyris cf. Ἀ|αφροδιτοπολίτου PLeid U 4 9 (IIª) βρε|έχεϲθαι X 2 32 (IVᵖ) χ|χρείϲαϲ DA 188 8 (III—IV) ἐξα|αναϲτῆϲαι WL 212 ὑ|υπερβάλλοντοϲ 648 δικ|κέου παραπεπ|πτωκέναι BU 103 6 (VI—VII) 214 15 (152ᵖ); —ου Ϲ|ϲυρίαν Deut. 26 5 F (s. IV). E Iosephi memoria affero κατέϲ|ϲτρεψε A 13 386 L (XI—XII) βλαϲ|ϲφημίαϲ 293 295 L πιϲ|ϲτωτάτουϲ 2 252 A (XI) ἀρίϲ|ϲτηϲ V 2 P¹ (X—XI) εἰκοϲ|ϲτόν 13 P¹ (cf. ἠναγκάϲ|ϲθηϲαν Polyb. XV 13 1 cod. s. XI) quae tamen scripturae potius ad sibilantem ante mediam vel aspiratam geminatam referendae sunt. Saepius in libris sacris simile vitium exstat tota syllaba perperam repetita, veluti in papyro Henoch (s. IV—V) ΑΥ|ΑΥΤΟΥϹ 6 3 10 12 ΜЄ|ΜЄΤΑΥΤΩΝ 10 14 et in Sinaitico: ΟΥ|ΟΥΚ Ierem. 41 17 ΧΑ|ΧΑΛΚΟΙ 52 20 quocum cf. e lapidibus Oenoandensibus πρα|πράγματα 45, 2 7 Ταν[τ]αντάλουϲ 51 5 aliaque ex aliis titulis. Obiter moneo deesse in VH lineolas ad indicandas disiunctiones; nam ЄΞЄΤΑΖΟ-|ΜЄΝΗΝ μ 68 19 prae se fert signum ad explendum spatium appositum, quod in hac papyro frequentissimum est. Chartae vulgares unum praebent ϹΥΝΚΟΜΙ¯|ΔΗΝ BU 101 20 (114ᵖ).

3) Nugatur WGemoll ‘Die Silbenbrechung ἀπειλε-γμένουϲ ist nicht zu billigen’ Woch. f. kl. Phil. 1961 nr. 47; cf. tamen pg. 16 (cod. Gott.).

μένους 271 2.[1]) Sic etiam in voce ἐχθρός una tantum ratio admittitur: ἐ|χθρός. Geminatas consonas una servari hac quidem aetate pro vitio haberi oportet, quamquam posteris eam licentiam condonandam esse ex iis quae infra ponentur apparebit: ἀλ]λά|ττειν (ipse legi) p 1678 15 5 Δέξι|ππος *Iatr 12 8.[2]) Aliter res se habet in conexu binarum consonarum quarum prior littera est c. In his verbis disiungendis multum discrepant librarii ita ut nonnullas papyros tamquam specimina percurrere expediat:

*op (p 180) cτ septies diremit, quinquies continue servavit (πλεί|cτουc 35 22 ἐποι|cτικάc 11 6 πάρε|cτιν 23 39 ἀπολαυ|cτοῦ 42 22 παρα|cτή-coμεν 42 33), ceterum ubique dividitur: cθ 10 ies, cμ ter, cκ bis, cχ semel.

†πα (p 1471) c priori versui attribuitur sequente κ (ter) et μ (ter); variatur in conexu litterarum cτ (c|τ bis, |cτ semel) et cθ (c|θ ter, |cθ 6 ies).

†οι †υ (p 1424 1008; ad eundem librarium redeunt) constanter sibilantem indivisam servarunt praeter ἐc|τίν υ 21 41.

*Iatr rursus divisionem praefert: c|τ 1 28 25 46 28 27 28 34 38 (sed cυ|cτολάc 16 6)[3]) c|θ 21 20 c|μ 6 6 13 38 14 14 c|π 15 36 c|χ 34 36.

In hoc divisionum genere vitia, quod VH attinet, fere nulla. Equidem unum novi ἀρέcκ|εcθαι *μ 79 20. Sed et hoc evanescit, si vestigia in fine prioris versus pro signo habemus ad explendum spatium apposito, qualia in illo libro creberrima sunt. Quae vero protulit Gomperz (Wien. Sitz.-Ber. 1891 26 adn. 1), ut Meklerum a Dielsii censura (DLZ 1886 515) defenderet, ad unum omnia in dubitationem vocari possunt. Nam neque π]|ροccημαίνειν (π VII² 182, 33 18) neque παραπλή[cια (179 30 21; ΠΑΡΑΠΑ|Η.... n, ΠΑΡΑΠΑ|...... o) aliquid valet, quia e dissoluta memoria nullum potest advocari argumentum, et quibus locis ille maxime nititur quippe vitio intra binas columnas commisso τὸ c]|χῆμα πβ 12 26—13 1 (deest in col 13 omnino margo sinistra) et cυν[β]|έβηκε π XI² 164 11 27—165 12 1, eodem modo ad irritum redigendi. Illud μὲ|ν οὖν op 1 12 alio spectat. Magis pec-

---

1) Quin etiam haud raro consona praepositionis ἐκ, si alia subsequitur, huic adhaeret: ἐ|γδέχετα[ι *ρ I 119 13 ἐ]|γλυόντων *op 33 32 ἐ|γδηλοτάτην *θ? XI² 32, 13 9 ἐ]|γλειμμάτων †Єῑᾱ VI² 2, 1 5 ἐ|[κ]τείνω *ευ 96 5; ἐ|γ διcτα[ζ]ομένου ρ I *109 5 καὶ|κ τῆc *ευ 93 14 ἐ]|κ τῶν 112 3 (sed ἐκ | τῶν ρ I *3 12 ἔκ | τινοc †Єκ̅η̅ 9 7 etc.). Alia e lapidibus accedunt: ἐ]|κ τούτου tit. Epidaur. (Baunack, Stud. I 80 7) ἐ|κ τῶν CIA IV 385 d 7 (III^af) BCH VI 320 (Deli I^a) ἐ|χφέρεcθαι CD² 117 9 (Cretae ca. 220^a, praeterea bene disiunctum), in testamento Epictetae (CD² 148) nunc ἐκ|*τοῦ legitur F 4 deleta littera κ; tum ἐ|κ τοῦ CPR I 176 12 (225^p) ἐ|κ τῆc P Grenf I 12 (fr. LXX s. V) ἐ|κ τῶν LXX 2 Reg. 13 5 Vaticanus.

2) προγεγρα|μμένουc BCH V 447 5 (Stiride II—I).

3) Animadversione dignum quod stirpes verborum paulo fortius studio dirimendi resistunt (quamquam sunt librarii, qui cognationem verborum non curent; sic *θᾱ ἀποc|τάcει 283 11 Scott ἀπεc|ταλκόc 284 4 καταc|κευήν 257 1 καθεc|τῶτα 272 10) et in ευ 14 22 cτ diremptum, cum scribatur παρα|cτήcαc 144 4.

catum in Iatricorum papyro. Ἀc̊|ληπιάδηc 24 30 cucτε̊|⟨λ⟩όμενοι 29 20; π]|ρόc 8 3 dubitationi fortasse obnoxium.[1])

Pergo ad alterum genus, ubi multo minores discrepantiae. In verbis enim compositis si praepositionem in vocalem exeuntem elisione facta vocalis excipit, consona quae nunc praepositionem claudit in pronuntiatione et scriptura sequenti syllabae tribuitur. Eadem ratio est in elisione vocularum παρά ἐπί οὐδέ οὔτε sim., neque aliter in vocibus ἐξ (sed ἒξ | ἐτῶν ρ I 97 7) οὐκ οὐχ usu venit. Rursus nonnullas papyros perlustrabo.

†πβ̄ ἐ|ξεδέξατο 21 24 ἀ]|πέδωκεν 8 24 με]|τενεχθῆ[ναι 9 9 κα|θάπερ 17 19; ἀλ]|λ' ὅμωc 20 5 ἀλ|λ' ὅτι 49 2 ποήμα|τ' αὐτῶν 1 21 παν|τ' ἐναρμόττουcαν 29 19 οὐ|[κ] ἐπί 21 20 οὐ]|χ ὁμοίωc 16 25 οὐ]|χ ὁμοίαν 59 6.
*θ κα]|θάπερ 13 5 ἀλ|λ' οὐχί 28 2 ἀλ|λ' ὑπό 35 13 ἀ[λ]|λ' οὐ 28 24 οὐ|κ εὐλόφωc 35 28 οὐ|κ εἰ 37 40.
*ορ ἔ|ξωθεν 31 7 47 38 με|τέcχηκεν 43 37 κα|τηξιωκότων 35 29 ἀ|πεδείκνυον 45 22 (μι|cανθρωπίαc 28 13); πο|τ' ἐπί 45 37 κα|τ' [ἰ]δ̣ία[ν] 40 28 κ]α|θ' αὑτῶν 22 17 κα|θ' ὅν 26 17 μάλιc|θ' οἵ 43 38 οὐ|δ' εἰ 16 18 ἀ|φ' ὧν 27 12 πα|ρ' αὐτόν 3 15 ἀλ|λ' εὐθέωc 15 11 ἀ]λ|λ' ἐνίοτ[ε] 16 29.

Sunt tamen papyri, in quibus saepius hanc legem librarius migravit, nempe *libri de re musica: ἐξ | ὑπολήψεωc 27 10 ἐφ|ιcτάνειν 52 16 ἀν|είηcι 84 16 καθ' | αὑτάc 65 35 (παρ' | [Ὁμ]ήρωι 82 19 dubium), tum papyri rhetoricae generis *γ: παρ|ῆν I 164 8 παρ' | Εὐριπίδ[ηι 165 22 πα[ρ]|αγγέλλον 177 12 παρ|αγγελμάτων 201 7 ἐξ|ευρίcκειν 204 22 ἐξ|ετάζεcθαι 206 25 ὑπ|άρχ[ει]ν II 171 4 (ib. 171 3 ΟΥΚ|ΑΝ, pro quo Sudhaus οὐδ̣' | ἄν edidit, potest ΟΥΔΕ|ΑΝ fuisse) et †β: ἐπην|όρθωcαν I 334 9 ἐξ | ἀγωγῆc 335 4 παρ' | ἡμῶν 371 16 ἀ]ν|είργειν II 164 8. Alibi perraro: ἐξ|ευρίcκειν †πτ 13 8 ἐξ | ἀνάγκηc †πβ̄ 68 21 ἐξ | ἐκπυρώcεωc *ορ 8 11 ἐξ|εργαζομένο[υ]c †πα 7 19 παρ|ορ̣ωμένων 21 10. Etiam Iatricorum liber his vitiis caret.

Contra ultima consona in priore versu retinetur in vocibus εἰc πρόc cύν ἐν: εἰc|ῆκ[ται ρ I 353 16 εἰc|αγα[γό]ντεc πα fr 29 8; πρόc|οδοc ρ I 236 19 (cf. 59 23 208 4) προc|α[ν]αφέρειν πα fr 41 6; cυν|αύξηcιν ορ 18 37 (cf. 6 15 25 18 43 27) cυν|εῖδον ευ 147 30 cυν|αντιλαμβάνεcθαι πα fr 39 8; ἐν|οχλεῖ πα 15 18. Sic etiam ἀν|υπάρκτων *μ 65 7 ἀν|ελλι[πῶc †πα 7 21 ἀν]|αιcχυντηc̣άντω[ν *Στ 41 probatius fuisse videtur quam ἄ|νανδρον *μ 65 32. Certum est ἐ]|νεργεία p 886 4 8 cυ|νέc̣τηcεν

1) De litteris υι, quae utrum iunctim an seorsum pronuntiatae sint infra quaeritur libro III, cf. γεγονυ|ίαc πα fr 17 10 ἐνεcτηκυ|ίαc ρ I 65 30 — υἱ|όν ρ I 332 9 υἱ|ούc πα fr 29 10. Lapides et υἱ|όc et ὑ|ιόc dirimunt, sacrorum vero librorum scribae iota illud magis ad sequentem versum trahunt, cf. de Sarraviano infra pg. 16, de Vaticano pg. 17 adn. 3, de papyro Henoch ὑ|ειοί 6 2 ὑ|ιοί 12 14 ὑ|ιõν 12 6 — ὑι|ῶν 14 6.

Ακ 8 3 cυ|νέcει 21 9 εἰ]|cιόντι Iatr 19 35. Est δυc|ηχίαν π VI² 171, 22 23 et δυ]|cηχῆ πβ 16 3 nisi fraus adest, deinde πα|νουργίαc ρ I 362 11.

Non tamen desunt librarii, qui in littera ν disiungenda latius procedant: ἐ|ν αἷc Ακ pg. 61 5 Mekl. ἐ|ν αὐτοῖc †πβ 28 23 ἐ]|ν αὐτῆι 74 10 ἐ|ν ἐκεί[ν]οιc ρ I †43 28 ἐ|ν ἐ[κ]ε[ί]νοιc *θ? XI² 28, 9 11 ἃ|ν εἴη ρ II *268 21 εἰ μὲ|ν οὖν *ορ 1 12. In littera ρ et c talia non inveni.

Has scribendi leges a veterum librariis diligenter observatas cum iam Boeckh in Hyperidis papyro agnovisset, tantum afuit ut ab editoribus stricte observarentur, ut exsisteret qui acriter hunc usum negaret quamvis monitus (cf. pg. 11), quod eo magis mirandum, quia ille vir ab omnibus, qui volumina Neapolitana manibus versant, ut qui ad aperiendos illius bybliothecae thensauros longe plurimum attulerit uno consensu meritis tollitur laudibus. In libris VH primi de hoc usu verba fecerunt FBlass (LC 1885 1072, recensetur Kemkii liber; vitium editoris, quod Blass breviter tetigit, non vidit HLandwehr GGN 1885 976—984 cum longo ambitu de re palaeographica dissereret) et HDiels de Mekleri libello agens (DLZ 1886 515). Inter editores soli HDiels et HvArnim rectam in supplendis lacunis viam ingressi sunt, paucisque exceptis locis Sudhaus in altero Rhetoricorum volumine, cum in priore sat multa commisisset vitia.[1])
2) Quae modo exscripsi, volgarium papyrorum usu optime illustrantur. Ignorant assimilationem ante consonas χ et φ (admodum frequens est vocabulum ἐκφορία), sed praebent ἐχθεῖναι PPar 26 10 (163^a) ἐχθέν[τος PGrenf I 174 19 (II^a) — ἔκθεμα RevL 26 13 (258^a) ἐκθεῖναι PTor II 47 87 (120^a) ἐκθέσε[ις PPar 62, 8 2 (II^a); protinus ἐχθέσεως PDresd 273 (III^p) ἐχθάμβων PGrenf II 87 18 (IV^p) ἔχθεσις PLond II 307 1 316 1 (350^p) et ex ultima papyrorum aetate ἐχθέσθαι PGrenf II 99 50 (581^p) ἔχθεσιν POxy I 136 24 (583^p) ἔχθεσι(ς) W 1889 209 2 (byz) ἔχθεσις BU 591 1 („aus arabischer Zeit"). Denique in libris servavit ἐχθεσμόν 4 Macc. 5 14 Sin. ἐχθέσει Sap. Sal. 11 14 Alex. Vat. Sinait. Ephr. ἔχθες Dan. 6 8 Al. Vat., ΠΡΟЄΧΘЄϹΙΝ Quintil. IX 106 A, ἐχθειάσας· μεγάλως θαυμάσας Hesych., ἐπεχθεόντων ἐπεχθέουσιν ἐπεχθέοντες Joseph. B 1 252 3 449 5 338 A, Λοπαδεχθάμβῳ Alciphr. epist. 3 4 libri bis. Quanto opere sacri codices antiquissimi vetustiorum temporum scribendi usum servarint, vel ex his conspicitur: ἐχ Χαρράν Genes. 29 4 Alex. ἐχ χειμάρρου Lev. 23 40 Alex. ἐχχεούσης Ezech. 16 38 Alex. ἐχχυνόμενον ev. Mt. 23 35 Mc. 14 20 codex Bezae s. VI. In glossis Latinis servatum ἐχχωρῆσαι CGL III 33 13 (sic libri omnes).

3) cf. GM^3 372 Meist.^{3} 106; in papyris invenitur ἐξυντιμήσεως RevL 24 11 (258^a) ἐξυμφώνου CPR I 191 9 197 8 (II—III^p) PLond II 211 19 (166^p) ἐξοῦ 164 10 (10^a) WL 1961. Contra non defuere, qui consonam ξ in duas distraherent litteras (cf. ἐκσουσία), de quibus infra agam.

scripserunt Oxonienses †Aκ 24 5 ЄΞΟΥ|ΡΙΑC: ipse ЄΚCΥ|ΡΙΑC inveni.[1]) Verum in voce πάρεξ ultimam litteram etiam ante consonam plerumque retinent pedestris orationis auctores, et haec una ratio in VH usu venit: πάρεξ τούτου πβ 68 18 πάρεξ τῆς ρ II †232 15 (ΠΑΡЄΖ o, ΠΑΡЄΚ n; sed ΠΑΡЄΞ ipsum Neapoli se legisse dicit Sudhaus de interpolatione Neapolitanorum cogitans).[2])

Deinceps de assimilatione nasalis agendum. Hic ut discernatur inter ea quae mediis vocabulis et ea, quae in confinio binarum vocum accidunt communis suadet usus. Ad illa nunc se convertat oratio primumque quae sint fata nasalis ante labiales et gutturales exponat.

Quo diligentius papyri sunt conscriptae, eo maior plerumque in consona ν accomodanda cura potest conspici. Speciminis gratia memoro papyros †πβ̄[3]) †πλ[4]) ρ p *1107 I 162—225[5]) Iatricorum *libellum.[6]) Non vero tam constans esse discrimen inter accuratam et indiligentem scripturam comprobat libellus de libertate dicendi probo ceteroquin calamo exaratus.[7]) Iam si sequentem consonam spectamus, aliud quoque discrimen potest statui, nam libentius ante labialem homines videntur in scribendo admisisse concentum consonarum quam contingente gutturali. Sic in papyris nonnullis accidit modo examinatis, tum etiam alibi, velut in *quarto de morte libro.[8]) Ultra vero

---

1) cf. GM³ 372 Meist.³ 105 (casu excidit ἐξ Cτειρέων CIA III 1280a a. 200ᵖ); e titulis accedat ἐξ Cκοτούccηc DS¹ 423 4 (Tegeae pt) ἐξ cτάμνων BCH VI 6 8 (Deli 180ᵃ) ἐξcφράγιcμα IMB 650 6 (Ephesi i). Ex Aegypti chartis attulit ἐξcπάcαι PPar 36 11 (163ᵃ) Mays. II 39, in libris unum indagavi ἐξcωζοίατο Aesch. Pers. 454 Medic. De formis ἐξ Ξυβαλητίων, ἐξ Ζέαc cf. Meist.³ 105.

2) cf. Thes. L. Gr. VI 484ᵈ, πάρεξ ναυ[πηγί]ο[υ DS¹ 312 6 (Cyzici VIᵃ) πάρεξ τῆc ἐπιγραφῆc PLeid U III 20 (IIᵃ). Unum πάρεξ adhibet Josephus, cf. WSchmidt de Flav. Jos. eloc. 520. De voce ἔξ cf. ind. verb.

3) cυμβ- 8 22 22 1 25ᵇ 4 28 12 18 33 16 40 12, cυμπ- 5 13 26 13, ἐμπ- 29 21 64 7 66 5 71 12, ἐμφ- 44 24 47 20 49 4 14 67 1, ἐμμελέc 28 17 cυμμά[χοιc 67 23; cυγγένειαν 47 18, ἐγκεῖcθαι 28 25, cυγκεῖcθαι 28 3, cυγκειμένηι 26 12.

4) ἐμποδίζει 24 5 cυμπληροῦν 21 14, ἐμφα . . fr 14 11 c]υμφε[ρ . . fr 1 33.

5) cυμπ- 11 11 12 14 15 3 18ᵃ 1 27ᵃ 13 28ᵃ 16 31ᵃ 6 15 22 35 27 (cυνβουλευτικά 30 23), cυμπ- 2 2 1ᵃ 26 παμπ- 14 14 (ἔνπαλιν 13ᵃ 6), ἐμφ- 17 24 13ᵃ 14, (πληνμελημάτων 4ᵃ 15 6ᵃ 11); ἐγκ- 32ᵃ 13 33ᵃ 13 34ᵃ 3 35ᵃ 21 36ᵃ 11 ЄΝ̓ΚΩΜΙΟΝ 35ᵃ 4 (ἐνγ- 8 15 cυ]νγραφέων 1 19 ἐνκ- 14 15 33ᵃ 6 9 34ᵃ 15 22 26 35ᵃ 17 38ᵃ 18 39ᵃ 6 17 40ᵃ 15 cυνκ- 28ᵃ 23 29ᵃ 27).

6) cυμβ- 4 8 5 7 42 20 12 23 46, ἐμπ- 19 14 27 7 13 26 48 28 8 cυμπ- 26 50 27 11 18 20 22 bis 26 bis 29 31 32 (ἐνπ- 15 33 17 20 27 13 36 18 cυνπ- 27 44), ἐμφ- 25 39 cυμφ- 1 4 5 3 (ἐνφ- 2 24 25 3 cυνφ- 14 16 bis 29 31), ἐμψ- 22 10, ἐμμ- 3 10 34 42 19 37 38 27 2 3 5 (ἐνμ- 8 22 9 43) cυμμ- 19 14 20 10; ἐγκ- 8 37 21 34 24 4 cυγκ- 27 42 34 3 10 (ἐνκ- 8 36 37 15 22 28 16 27 22 2 53 23 46 47 cυνκ- 34 9, cυνγ- 9 38 39, cυνξ- 32 37).

7) cυνβ- 13 9 15 4 fr 13 7 58 13 70 9 (cυμβ- fr 77 2 ἐμβ- col 7 5), cυνπ- col 12 7 17 fr 43 8 59 8 61 12 cυνενπ- fr 8 7, cυνφ- 10 22 20 21 fr 1 5 47 8 ἐνφ- 49 5; cυνγ- 22 15 fr 20 6 88 14, cυνκ- 7 8 fr 53 4 7 ἐνκ- 74 9, cυνχ- 17 25 21 4 ἐνχ- fr 25 2 κατενχ- fr 57 13.

8) In tabulis Heracleensibus similis est observatio: assimilatio spernitur ante gutturalem, cf. 1 56 sq 126 bis 127 133 (etiam ἀπανγελίοντι 118), in usu est ante labialem, cf. 1 110 111 115 145 156 166 182 2 25 38, sed ἑκατόνπεδον 2 43 46 54 62 (bis inter binas voces deprehenditur assimilatio: ἐμ μέν 1 42 ἐμ μέccωι 2 24). In legis Gortyniae lapide (cf. Baunack Inschr. v. Gortyn 42—43) fertur -νκ- ubique, verum

procedere in ponenda littera ν velut in his ἀνγέλλω πονπεύω non multi sibi permisere librarii estque omnino illa ratio praeter illam p 1007 admodum rara.[1]) Sed neque in his voluminibus neque alibi in vasta papyrorum serie inveniuntur, quae conferri possint cum titulorum καλύνματα ἀναγεγρανμένων (cf. GM[3] 559)[2]), sicuti etiam ad genus vocum Ὀλυππίχη τυββοκλέπτης e Neapolitanis quidem libris nil potest adiungi.[3])

Liceat hic paullum longius extra fines vagari. Inter libellos papyraceos aetatis Ptol. et posteriores haec est non parva differentia, quod illic[4]) adaequandi studium multo latius patet in scribendo quam hic, e. g. musei Berolinensis acta s. I II III exarata frequentes praebent solutas formas spreto enuntiandi more. Nam hunc usum non e vivae linguae imitatione sed e studio vocabula in singulas syllabas inter scribendum dividendi originem duxisse iam dudum inter explorata est. Singula hoc loco persequi vix opus est, cum de tota ratione satis constet. Porro codices sacri vetustissimi assimilationem promiscue et adhibent et respuunt, licet in singulis discrepantiae nonnullae possint deprehendi, de quibus cf. Winer-Schmiedel § 5 25 (et hic quoque magis ante gutturalem quam ante labialem neglegi videtur accomodandi ratio). Quamquam Polybius (de barbarismo et soloecismo 285 6 Nauck pone lex. Vind.) inter barbarismi specimina numerat ἐνκέφαλος, tamen admodum sero universum quod in correctis maxime apparet scribarum suffragium damnatas formas reiecit, saeculum dico decimum et quae sequuntur.[5]) In Longini codice Parisino s. X unum reperitur συ*κινδυνεύουσα 29 12 Vahl., et Nicomachi Geraseni introductionis arithmeticae liber Gotting. s. X ab hac parte purgatissimus est; eadem fere aetate corrector Vaticani LXX et NT cum codicem ad grammaticorum sui

---

-μπ- octies -νπ- decies sexies. Aristotelis de re publica Atheniensium libri scriba quartus a communi usu non deflectit nisi hisce locis: ἐνγεγραμμένων 71 7 (Bl.[2]) ἐνγράφουσιν — φόμενοι 13 76 2 ἐνγράψαι 83 4. Multa quoque in hanc rem commentatus est Mays. II 44, e. g. in actis Aegyptiacis s. II[a] adsimilatur nasalis in confinio verborum sequenti labiali 10[ies], verum nusquam gutturali.

1) συνενγίζοντας 28[a] 21 ἐλενχθείης 26[a] 11 παρανγέλλουσιν 14[a] 18 παρανγελμάτων 20[a] 7 παρ]ạνγέλματα 21[a] 27 ἐπανγελίαν 23[a] 19 ἀνανκαίους 26[a] 19. Quodsi librarios perpendis, fere ubique indiligentiores reperies, velut ἔνγειον p *1013 5 5 πονπεύοντες *ορ 22 21 κ]ατατεν|γόμενα *θ 30 1 al. Pro ἀ]νανκα[σ]τικός ς 8 23 reponas quaeso id quod ipse legi ἀ]ναγκαστικός. Nihil in hanc rem subministrant *Iatrica. De papyris vetustioribus cf. Mays. II 47 (λανβάνειν, πενφθέντι; ἀνανκαῖον, ἀνενενκεῖν, ἐνγύς etc.).

2) μεμιανμένοις codex Claramontanus NT fol. 454 10 (s. VI).

3) cf. GM[3] 360 Blass Ausspr.[3] 85. Ex Aegyptiorum et codicum memoria enotavi ἐπάν τί μοι συββῇ PLond I 117 38 (mag. s. IV) συββήσετε (= -ται) 39 (neglegenter unum locum in duos distraxit Diet. 112), βοββῆσαι LXX 1 Paral. 16 32 Vatic. (recepit Swete) ἐβόββησεν Ier. 38 36 Sin., συμββαλών (fuerat ergo συββ.) Joseph. B 1 384 C s. XI. Deinde συππεφωνημένης CPR I 220 5 (I^p) συππλέκεται Simplic. in Ar. phys. 325 22 EF libri potiores (συμπ- a D), cf. πέππη (= πέμπτη) PLond II 213 15 (183^p).

4) cf. Mays. II 45 sqq.

5) Obiter praeter locum supra notatum ΕΝΚ⸢Γ⸣ΩΜΙΟΝ ρ I 216 4 frustra quaeri in VH correctoris manum videtur monendum, nec inveni similia in Aegyptiorum papyris.

aevi praecepta perpoliret et alia permulta et haec animadvertit. Porro alii sunt scriptores, quorum librarii usque ad s. XIII et ulterius formas a grammaticorum ratione alienas servarunt, quos longum est enumerare. Inter editores autem qui codicibus quam volgari consuetudini confidere malint exceptis sacrae memoriae patronis perpaucos invenies, inter quos Wescher poliorceticorum editor lectore prope uno quoque locò admonito „more epigraphico“ scribi. Etsi igitur per magnum temporis spatium obduruit dissimilandi usus, tamen iam antiquitus hac in re diligentissimos exstitisse librarios tenendum est. Ut taceam de libris †πβ̄ †πλ supra allatis in carminibus Bacchylidis nuper effossis (s. II^{p} excepta sunt) solum tenemus ἐν|χεcπάλου 5 69 πειcίνβροτον 9 2, quae non fugerunt correctoris oculos, papyrus Philonis, qui servat librum „quis heres rerum divinarum“ inscriptum (s. VI) nil falsi praebet nisi ἐνγραφείc 182 18 ἐνπιμπρήcει 186 23 Scheil. Severius primus Aristotelis operis †librarius (s. I^{p}) egit nunquam dissoluta ratione admissa idemque de Isocratis *papyro Massiliensi dicendum. Haec papyrus quoniam saec. primo a. C. exarata vulgo creditur (cf. ASchoene Mél. Graux 487 Haeberlin Centr. f. Bibl. XIV 278), neque iota mutum ubique deletum neque bina puncta supra litteras Ι et Υ addita huic aetati convenire admoneo. Mea sententia de altero p. C. saec. cogitandum est, quocum conspirat, quod littera ν in exitu verborum lineola indicatur (ΜΕ̄ ΙΔΙΩ̄) quodque ἀλήθια βαcιλία θεραπία πολειτία scribitur, sicuti sacrorum librorum fert consuetudo.

Contingente littera λ longe minores exsistunt discrepantiae: scribitur e more ἐλλείπειν ἔλλειψιc ἔλλειμμα (θδ 143 21) cυλλέγειν (ϲ̣υ̣λ̣λέγουcι Iatr 32 25) cύλλογοc cυλλογίζεcθαι cυλλογιcμόc cυλλαμβάνειν cυλλήβδην cυλλύειν, unum obstat c[υ]νλῦ[c]αι ρ I †268 31. De verbo παλινλογεῖν alias monebo; nomina velut πάλλευκοc παλλώβητοc in VH frustra quaeruntur.[1])

Non par assimilandi invenitur studium ante consonam ρ. Quamquam enim ubique occurrit παρρηcία παρρηcιαcτήc παρρηcιάζεcθαι[2]), tamen in scribendo ἔνρυθμοc sibi constant librarii, cf. *μ 30 6 95 22 Δ*π 19^{c} 12.[3])

1) cf. GM^{3} 358, de actis aevi Lagidarum Mays. II 47 (et ἐνλείπειν et ἐλλείπειν scribitur, verum cυνλελύcθαι PTor 4 9 [17^{a}]). E papyris recentioribus notavi ἐνλείψοντοc ἐνλίμματ[οc BU 741 30 35 (143^{p}) ἐνλογηθέντα PLond II 150 4 (I—II) ϲ̣[υ]νλημφθείc BU 372 II 22 (154^{p}) cύνλεγε BU 698 23 (II^{p}) cυνλογίζεcθαι cυνλελογιcμένοι sim. PLond II 41 137 (94^{p}) 49 73 51 129 (72—73^{p}) cυνλελύcθαι 164 14 (10^{a}) cυνλαβόμενοc 272 15 274 11 276 17 279 17 cυνλαβέcθαι 278 15 (IV$^{p\,m}$) cυνλελεαcμένα PLeid X 3 28 (IV^{p}) cυνλεάναc 5 15 cυνλέανον 9 30 cυνλ(ε)ιώcαc 10 18 11 2 ἐνλύχνιον PBer 2 145, sed ἐλλύχνιον WL 1095 1091 3200 ἐλλυχνιάcαc WL 1090 PBer 1 293 DA 192 3 (ἐνλυχνιάcαc ib.) cυλλογῆc PLond II 296 6 (346^{p}); alia omitto. Animadversione dignos aestimo hos duos locos: cυ(λ)νλογιcτικαί pap. Tryphonis 2 109 cυ(λ)νλαλήcαc (sscr. m. 2) CPR I 18 23 (124^{p}). Quae soluti generis scripturae in codices pervenere, plerumque praepositionem ἐν ostendunt ab assimilatione abhorrentem, veluti ἐνλιμενιcταί Bekk. Anecd. 251 30 (antecedit ἐνεόc, sequitur ἔνθεcμοc).

2) πανρηcία nusquam adhuc mihi indagare contigit; ceterum hac de voce paulo post agendum.

3) cf. GM^{3} 357. In papyris legi cυνρέπιc PLond I 118 51 (mag. s. IV) cυνρα-

Si sequitur sibila, plerumque nasalis extinguitur; ad hunc modum legitur identidem cυcτῆναι cύcταcιc cυcπεύδειν cυcτραφείc cυcτέλλειν cυcχόμενοc. Et est quidem certum cυνςχο[λάζ]ονταc *ευ 117 22 (cυcχολάζειν *ορ 19 15 †πα fr 75 5 cυcχολαcτήν †Ακ 26 1), verum cυνcτῆναι ρ I 93 35 (ο) pugnat cum apographi Neapolitani testimonio cumque ipsa papyro, si recte interpretor Sudhausii silentium; itaque hunc locum ad tempus in medio relinquo.[1]) Cυccημαίνω cυccώζω an cυνcημαίνω cυνcώζω scripserint philosophi Epicurei e Neapolitanorum copiis non diiudicabis.[2])

Vocula cύν cum consona ζ conexa apud bibliothecae Pisonis librarios aut retinet nasalem aut abicit: cυνζητητικό[c ρ I †241 9 cυνζ[ῶ]ντα II †19 5 — cυζῆ *θᾱ 15 24 c]υζῶν (?) p 296 VII² 39, 14 26 cυζητήcεω[c *ορ 19 26 Δημητρίου πε[ρ]ί τινων cυζητηθέντων δίαιταν in titulo libri cuiusdam miserrime obtruncati p 1006ᵃ VI² 121.[3])

γήcεται WL 2312, deesse videtur geminata canina. Codicum lustratio mihi subministravit cυνρυῇ Hippocr. VII 204 ξυνρήξηται 178 v. l. cυνρυέντων Philo I 12 5 V opt. cυνραχθέντων Artemid. 11 21 L opt.; ἐνράccει Joseph. A 5 305 codd. Suid. (recepit Niese) ἔνρυθμον Athen. V 179ᵇ XIV 630ᶠ 631ᵇ 636ᵉ Marcian. Quintil. IX 4 56 77 A. Omnino antecedente praepositione ἐν vix latius obtinuisse videtur assimilatio, qua de re qui plura desiderat, adeat necesse est lexicographorum testimonia. Quaenam autem causa fuerit, cur Diels apud Simplic. in phys. 637 1 ἐνριζώcεωc ederet libris in ἐρρ. consentientibus equidem non video.

1) cf. GM³ 384 Meist.³ 112 Solmsen KZ 29 330 Mays. II 47. Apud Aegyptios nasalis maiore cum vi retinetur; sic habes in prima papyro Taurinensi optime scripta (116ᵃ) cυνcτῆcαι sim. 38 34 40 10 20 28 48 2, nusquam cυcτ. Rursus in magicorum libellis, quorum scriptura in multis rebus a cottidiano more recedit, contractior scribendi modus magis est in usu, cf. W 1888 ind. verb. Hyperidis volumina servarunt cυνcκευάζεcθαι Dem. 15 11 cυνcκευάcαντεc Lyc. 9 cυcκευαcθέντα Ath. 15. Discrepant etiam Latinorum libri, ut apud Quint. IV 2 131, ubi in cod. A legitur CYCTANTOC, verum B praebet CYNITANTOC leviter corruptum. Corrector codicis Claramontani D*** (s. IX) sescenties libro suo ademit -νγ-, -νβ- sim., uno ni fallor loco nasalem ante sibilam induxit (cυνcτενάζει 44 13), cum 278 16 pro cυνcτοιχοῦcα reponi mallet cυνcτοιχεῖ δὲ. Iam quae de auctorum memoria Byzantina habeam in Procopianis exponendum erit.

2) E papyris praesto est cυνcημηνάμενοι (cf. cυνcημηνάμενοι Demosth. 35 5 Σ) PPetr I 67 2 2 (ca. 250ᵃ) cυccιτοῦcι Rep. Ath. 61 9 Bl.² παccόφωι (codices πανc.) Philo I 219 11 221 11 pap. s. VI. Frequentes Josephi librorum deprehenduntur dissensiones, e. g. B 5 570 cυccωρεύονταc APMLC cυνc. RV. Corrector Vaticani LXX pariter atque Sinaitici censor non uno loco restituerunt geminatam sibilantem, ut in voce cυνcειcμόc (cf. e. g. 2 Par. 14 15) cύνcημον (Ez. 5 26). — Nusquam particulae ἐν consona in sibilam convertitur, cf. de pap. aevi Ptol. Mays. II 47 (ἔνcιμοc, ἐνcεμνύνεcθαι, ἐνcτάντων al.), at ἐc cανίδι, ἐc Cάμωι, ἐcτήληι, ἐcκαμβῶνι tituli Attici usque ad s. IVᵃ (Meist.³ 110 sq.).

3) cf. Blass Ausspr.³ 114. Retineri potuisse in hisce nasalem e sacris libris primum innotuit, cf. Gregory NT ed. Tisch. mai.⁸ praef. p. 73, qui extrinsecus attulit cύνζυγοc CIG 4175 1; cυνζῶν cυνζῇ cυνζῆθι tradit Sinaiticus Herm. Past. 37 11 14 38 7, atque adeo familiaris apud nonnullos haec fuit scriptura, ut ep. Phil. 4 3 qui primus istius Sinaitici orationem refingeret (s. VI vel VIII vulgo ascribitur) damnato cύζυγε inferret cύνζυγε. Ipse in titulis repperi cυνζηcάcη BCH XVII 541 (Bithyn. i) aliaque vocis cυνζῆν et cύνζυξ exempla, quae longum est enumerare. Quod ad papyros attinet, in Tryphonis fragmento exaratum est cυνζευγνύμενοι 1 38; in Romanorum libris legitur cυζυγία Macrob. Sat. VII 9 19 20 21 22 at CINZHTHCEI (!) Cic. ad Fam. XVI 21 3 (Mediceus) cύνζυγον Priscian. III 18 13; cύζυγον erutum est ex

Assimilatio quae est inter singula vocabula si Herculanensia spectas volumina arctioribus finibus circumscribitur quam vetustiorum titulorum usus, neque admittitur nisi ante gutturales labiales litteram μ. Est autem his fere locis nasalis per tenuem gutturalem expressa: μὲγ γάρ *ευ 127 16 *Στ 1 11 9 11 *θδ 167 2 *Μ X² 71, 1 1 72, 3 6 (?) 75, 8 11 †οι 18 31 †υ 1 3 (o) ρ I *201 20 II †46 20 †Ακ 1 8 (o) π XI² *169, 6 11 Ε ιδ VI² 1 10 κη 13 9 Ε? X² 106, 6 7 †Π fr 8ᵇ 6 Δ? p 188 OI 241, 91 fr 1 Κω ευ 14 6 p 1108 VIII² 66, 5 7 p 479 IX 274, 1 13 p 1113 XI² 10, 12 2, deinde ἐγ κονίηcι †β 19 10 (Hom.) μοχθηρὰγ γείνεcθαι π *994 VI² 176, 27 8 ἂγ γάρ †Π 1ᵇ 6 οὐδὲγ γάρ X VIII² 190, 12 13 (ipse legi), denique in Epicuri papyris λόγ]ογ γίγνεcθαι κη 11 19 τὸγ γ' 25 φυcικὸγ χα[ρα]κτῆρα 6 11, ἔργωγ καί p 1191 WS I 31 118 αὐτῶγ καλούμενον 30 94 διαρεῖγ χιμάζου[c]ιν 29 53 τὸγ χρό[νον p 1413 24 3.

Verum inter maiora volumina perpauca novi, quae litteram ν in μ mutatam ignorent[1]). Atque haec commutatio plerumque in vocibus ἐν ἂν ἐάν usu venit: ἐμ [μου]cικῆι ρ I 40 18 ἐμ μεθόδωι 58 13 ἐμ πράγμαcιν 81 31 ἐμ μελέτηι 93 28 ἐμ Πέ[ρcαι]c 97 16 ἐμ πελάγει 97 25 ἐμ [πράξεc]ιν 147 9 ἐμ π[ᾶcι 153 20 ἐμ παντί II 40 8 ευ 20 18 ἐμ μέν 61 5 θα 23 12 πε 21 12 ἐμ πᾶcι 31 19 ἐμ πυκνότητι *θδ 167 21 π VI² 170, 21 8 ἐμ ποιητικῆι 174, 25 7 ἐμ ποιᾶ VII² 95, 17 6 ἐμ φιλο[cοφίαι μ 22 10 ἐμ μέλεcι 90 14 (ἐ]μ φωνῆι 78 19 incertum) ἐμ Πελοποννήcωι †Ακ 11 5 ad ἐμ πλεονεξία 12 3 ἐμ φίλωγ Κα fr 3 8 ἐμ πᾶcιν Π 21ᵃ 7 22ᵇ 4 ἐμ μουcικ[ῆι μδ col 30 40 (ipse legi) ἐμ μέcωι ρ I 121 34 252 7 II 272 2 (uterque librarius) p 1044 fr 3 4 (sic legi) πτ 14 4 Κα 8 3 (ἐν μέcωι Ε ια II¹ 1 8 19 11 12 ρ II 299 fr 6 οι 2 6 16 41), ἂμ μή β 17 22 θα 10 6 cτ 8 12 p 225 VIII² 173, 2 7 ἐὰμ μή Π 24ᵃ 8 ἄμ ποτε Κω λυ 9 11. Raro in aliis vocabulis et fere ante particulam μέν: ὅλομ βίο[ν *ευ 141 18 εἶ]παμ μέν p 225 O VI 1578, 211 16 πολιτικὴμ μέν †πε 31 8 ἧττομ μέν 34 26 τιcὶμ μέν 35 29 ταυτὸμ μέν π VII² †159, 4 9 πιθανὸμ μέν VI² 142, 17 3 ἡγεμονίαμ μ[έ]ν 174, 25 4 (o). Nec desunt loci, quibus in diversas partes discedunt apographa: ἐτύχομεμ πρός π VI² *187, 38 10 o (—ΜΕΝΠΡΟC n recte, ut vidi) κᾶμ μηδενός †cτ 9 3 o (ΚΑΝΜ— n), denique correctum est ΕΜΜΕCΟΙC (N supra scriptum) *μ 18 38. In his omisi duas illas Epicuri papyros, quas iam antea seorsum tractavi. Quarum altera (p 1191 WS I) praebet ἐπειδὰμ προβ[ῆι 29 62 μό[νο]μ μετατίθετα[ι 30 95 sim. 101 102 31 138 143 (haec iam a Blassio Ausspr.³ 114 enotata sunt); in altero volumine (κη) ν raro retinetur imminente φ (cf. 7 5 9 11, sed

---

anonymi Neoplatonici in Parmenidem commentario s. VI scripto (MRh 47, col 12 34), eiusdem fere aetatis illud codicis Claramontani folium Euripidis fragmento nobilitatum, ubi est cυνζυγίαι (Nauck² 773 20). Nondum vero licuit nasalem ex Atticorum codicibus protrahere excepto illo Euripidis fragmento, neque ullus adhuc titulus quid Attici scripserint commonstrare videtur (tacet de tota re Meisterhans³ 112).

1) Huius generis papyri sunt a *tertio Rhetoricorum scriba (γ) exaratae.

δογμάτωμ φαντ- 64, cf. 7 6 8 11 9 5 12 18) et μ (ἔ]λεγεν, Μητρό[δω]ρε 7 4, at κενὸμ μηδ[έ]ν 6 1, cf. 5 7 5 10 6 12 12), neque multo firmior est si sequitur π (φανερὸν ποιοῦ 11 19 cf. 9 10 13 23 14 23, contra δῆλομ ποιώης 9 15, cf. 4 bis 7 15 10 7 11 10 5 bis 8 12 16 13 13 22), restat τῶν ψε[υδῶν 14 17. Denique p 1413 quae procul dubio Epicuro vindicanda est largitur ἡμῶμ περί 9 4 καθ' ἓμ μῆκος 10 4 . . ομ μετρεῖ 11 4 ἐμ φύσει 20 5 interque examinandam papyrum πτ legi in Epicuri quodam fragmento ἀγα]θὴμ φε[fr 1 4.

Papyrorum Aegyptiarum eadem ratio est atque librorum Neapolitanorum, scilicet assimilatio ante solas consonas labiales et gutturales et liquidam μ conspicitur, suntque maximam partem breves particulae, quae arctius ad proximum vocabulum sese applicant, velut ἐγ Κροκοδείλων πόλει PPetr I 45 10 46 11 49 2 5 54 20 74 76 6 ἐγ κώμηι 76 6 (III$^{a m}$), qui usus quamquam a posterioribus magis magisque abolitus est, tamen usque ad Byzantinorum aetatem permansit: τὸ μὲμ πρῶτον BU 665 II 12 (I^{p}) ἐμ μῆνα (= ἐμ μηνί) PGrenf II 67 15 (46^{p}) ἂμ μή POxy I 119 8 (II—III) 121 9 (III^{p}) PLond II 299 11 (346^{p}) ἐμ μισθώσι PGrenf II 89 6 (378^{p}) ἐγ κίστη PLond I 189 89 (IV^{p}) σὺμ παρεστῶτι DA 185 111 (mag. s. IV^{p}) σὺμ φοινίκων W 1889 168 τὴμ ΠΟΛΕ.. ibid. 133 ἐμ παιδίω 136 (byz) ἐγ γράμμασιν POxy I 129 5 (VI^{p}) ἐμ προστασία ibid. 136 15 (583^{p}).[1] Propriae mentioni reservavi ἔχ]ομεμ παρά BU 664 3 (I^{p}) χι[ρόγρα]φομ παραθήκης PLond II 205 4 (105^{p}) ὄνειρομ πέντε DPM 4 3 (mag. s. IV) Inter auctorum papyros carent hoc scribendi more libellus Aristotelis (cf. Bl.^{2} XXIV) Hyperidis volumina A A^{2} A^{3} Bacchylidis Herondaeque relliquiae, neque alibi reperias latius receptum praeter Chrysippi libellum dialecticum (de quo cf. Blass Musspr.^{3} l. l.) et Euripidis Antiopae fragmentum Mahaffianum: ἐγ χεροῖν B 12 ὧγ χρή 26 ἐγ Κάδμου πόλει C 57 τὴγ γάρ 67, accedit ἂμ μή Hyperid. (vol. A^{1}) Philipp. 12, ἐμ βήσηις PLond nr. 126 (Γ 34) ἐγ γαστρί Philo quis her. 153 5 ἐμ (ЄΑΜ pap.) μ[έρει 155 11 pap. s. VI. Porro de librorum condicione agenti signiferos se offerunt sacri codices. Neglexit quae accurata quaestione facile comparari potuerunt Schmiedel, nisi quod pauca de ἐμ μέσῳ protulit pg. 36, etsi iam Tischendorf praeiverat, cf. σὺμ πάσῃ, σὺμ Μαριάμ Mon. sacr. ined. IV xvi, adde μὲγ γάρ ib. 120 122; brevi quae res esset exposuit Blass Gr. d. N. Spr. 12. Quod ad LXX versionem refert, habemus in Alexandrino s. V. ἐγ γαστρί Gen. 16 5 11 25 21 38 18 24 25 Ex. 2 2 Num. 11 12 Iob 21 10 Hesai. 40 11 (ἐκ γαστρί Iob 15 35!) ἐμ Μοδεείμ 1 Macc. 9 19[2]), in Sinaitico ἐμ μεσημβρινῇ Hes. 16 3, in

1) De recentioribus Byzantinorum actis in Procopianis agendum.

2) Idem liber sescenties tradit ἐμ μέσω (bis terve ἐν μέσω) suntque eius in hac re socii Γ et (in Psalmis) T, raro Vaticanus (ut Ps. 21 33 Hes. 41 18) semel quod sciam Sinaiticus (Hes. 61 9); de NT cf. Schmiedel p. 36. Subiciam alia: ἐμ μέσω(ι) PPetr II 66 2 (ca. 250^{a}, ἐν μέσω Herodas 6 81 pap. Philonis 163 13 WL 1095 1119) Isocr. 4 42 Γ Plat. Symp. 202^{e} (libri) Ioseph. Ant. 17 23 P Galen. ap. Oribas. I 562 1 Arrian. Epictet. 116 8 (Schenkl) codex Clem. Al. paed. 312 7 P Athanas. ed. Maur. 251^{b} B bis 304^{f} bis 305^{a} cod. Par. 635 s. XIV (cf. Athanasii praecepta ad Ant. ed. Dind.) Epiphan. de mens. cod. Ven. s. XII (cf. Dind. vol. IV xv) Catena in acta apost. ed. Cramer 297 23 Acta Pauli et Theclae ed. Lips. 240 6 F Acta Acindyni Boll. Nov. I 489 cod. 8 et 9 Miracula Artemonis Boll. Oct. IV 167^{b} Zosim. ed.

libro R^a ἐμ βουλῇ Ps. 1 5; τὴμ περί traditum est apud Gellium NA III 13 14, CIMBPЄΦЄЄCCIN (sic) Lactant. div. inst. VII 24 P.

Iam quae hac in re servarit exempla codicum turba inde a s. IX scriptorum nondum plane video expositum. Vix enim sufficiat Blassii adnotatio (KB I 263): selten hat sich in unsern Codices auch in diesem Falle die Assimilation behauptet, als ἐμ Πλαταιαῖϲ Demosth. Cor. 208 im Citat bei Aristides, ἐμ Πειραιεῖ Leptin. 11 cod. S, τάμ μέϲῳ Cor. 215 (cod. F), c. Boeot. I, 4 (cf. ξύμ μοι Plat. Phaedr. 237^a, KB I 291 adn. 2), cum iam plura olim attulerit Lobeck ad Ai. 836.[1]) Explorata permagna codicum parte haec fere dicenda: assimilatio praepositionum ἐν et ϲύν in libris admodum est frequens[2]) duciturque series auctorum, qui hunc secuti sunt scriptionis modum, usque ad saecula VIII IX X.[3]) Alius modi assimilationes non multae inveniuntur et plerumque in vocibus monosyllabis: ἀμφέρων Soph. OC 761 L κέμ πωϲ Apoll. Rhod. 1 171 L[1] ἄγκε Arat. 562 Hipparchi codicum classis B ἀμπλουτῆι AP XIV 55 7 Palatinus ἐμφαγεῖν (ἒν φ.) Joseph. A 3 321 USP τὸγ γάρ Paus. III 15 8 V^a κεμφαῖμὲν (κὲν φαῖμεν) Artemid. 8 24 L πάνυ ἀγγελοιότατον Ptolem. synt. math. 24 18 C s. X ἐμποιεῖϲ (ἒν π.) Hippolyt. ref. haer. 392 9 cod. ἐγγίνεϲθαι (ἒν γ.) Simplic. in Ar. phys. 100 18 DE τρίμμε (τρεῖν με) Hesych. Gravioris sunt momenti νικαϲ ἐμμελέαγροϲ (νίκαϲεν Μελ.)[4]) Stesich. ap. Athen. IV 172^f

Mend. 81 2 cod. Choerobosc. in Hephaest. (Stud. Anecd. I) 41 2 43 14 45 4 U (idem ἐνμμέϲω 45 23), ἐμμέτω pro ἐν μέϲω Hippocr. VII 344 C. Denique οὔμ μέϲω Eurip. Med. 819 Ba τάμμέϲῳ Demosth. 39 4 (Lob. ad Ai. 836) τοὔμ μέϲῳ Galen. VIII 481 (attulit KKontos BCH IV 530) Aristid. IV 50 54 XLVI 374 478 (Schmid Attic. II 252). Apud hodiernos Graecos ἐμ μέϲῳ quidem ignorari videtur, ἐμ πρώτοιϲ (=imprimis) vero hinc inde in actis Italiae medii aevi reperitur. Sed nunc particula ἄν proclitice adhibetur, cf. ἄμμη sive ἄμμε linguae novellorum et καμμία (κάμμία, κἀνμία): καμμίαν ἐξουϲίαν Mikl. Muell. III 2, 14 (1437^p) κἀμμίαϲ γενεᾶϲ III 2, 11 (1422^p) al.

1) τρίμμε (= τρεῖν με) Hesych. ξὺμ πρῶτ' Empedocl. 242 ἐμφόνιον (= ἒν φόνιον) Eur. El. 752 memorat WSchulze qu. ep. 43 adn. 3.

2) Ut omnia apponam non a me possum impetrare, quod neminem vituperaturum spero. Larga exempla praebet memoria Hippocratis: ἐμ πᾶϲι I 83 5 (Kuehl.) C^I ϲυμπυρετοῖϲ 83 6 C^I ξὺμ πυρετῷ 99 9 C^I cod. Par. 2269 (non notavit Kuehlewein, qui in rebus orthographicis non quantam debuit videtur adhibuisse diligentiam) ξυμπυρετῷ 103 1 cod. Par. 2142 ἐμφυϲήμαϲιν 174 5 MV ἐγ καύϲοιϲι 143 19 S[1] ξυμφλεγομένη IV 98 (Littré) C (pro ξὺν φλεγμονῇ) ἐμ ποδί 322 H ἐμπλαγίω 348 HIU ξυμπυρετῷ V 148 C 148 FI VIII 448 I ξυμμελικρήτω V 244 FHI ἐγκαταδήγμαϲιν 434 H ἐγκινήμαϲι 620 K[1] ϲυγκαρύ(-ρί- GI)ων VII 132 GIJ ξυμμέλιτι VIII 74 K ἐμπύρων (ἐν πυρῶν) 108 CJK ϲυμμέλιτι 360 θ ἐμπροϲθέτοιϲι 366 D ξυμβακχαρικά (= ξὺν βακχάρει καί) 364 DFG (HIJK) ϲυγκέδροιϲι 372 FGHI ἐμμέρει 444 F. Addo Iosephi libros: ϲυγγενεαῖϲ B 1 311 L ἐμπεδίω 4 452 R ϲυμπολλοῖϲ 649 V ἐμπονηροτάτοιϲ 6 395 R ἐμποϲί A 3 12 S[1] ϲυμπόνοιϲ 5 180 RL ἐγ Καμμῶν πόλει 254 R ἐμ Μέμφει 12 170 A[1] ϲυγκακοπαθεία 251 L[1]F ϲυμπολλῇ 19 266 W, et Philoponi (s. VI): ἐγκέγχρῳ in Ar. de an. 328 15 Dt ἐγκατηγορίαιϲ de phys. 174 9 K ἐγκεχωριϲμένω 636 12 G.

3) Ceterum ϲύμπαντι et ϲὺν παντί, ϲυμπάϲαιϲ et ϲὺν πάϲαιϲ persaepe in libris permutantur.

4) cf. τιϲὶμ μέν †πε̄ 35 29. In eis quae e titulis Atticis conlegit Hecht Orthographisch-dialectische Forschungen I 6—27 littera ν paragogica 22^is assimulationem non iniit, bis in μ conversa est: ἐϲτὶμ περί CIA II 589 3 (IV^a) Ἀλωπεκῆθεμ [πρ]ῶτοϲ I 299 6 (443—434^a), id quod multo saepius in Asiae titulis recentioribus factum memini velut γονεῦϲιγ καί IMB 925^b 12 (sacr. Branch. I^a) εἰϲὶμ παρ' ἑτέρων DS[1] 344 36 ἀμφιϲβητῶϲιγ κρίϲιν 51 (Ephes. 89^a) ἐϲτὶμ πωλεῖται 370 108 (Erythris III^a) al. De titulis Pergamenis cf ZfdGW 1898, 582.

Marcian. ἀμφοῖμ πυκνά Hippocr. VI 124 A παλιγγέλωτος (= πάλιν γέλωτος) Philo III 84 15 H. Hac in re editorum iudicium aut ignoravit omnino veterem morem aut Byzantinorum legibus mire favit, quos perperam neglexisse illas scripturas vel ex eo patet, quod fere nusquam a correctoribus adsimulatio est illata.[1])

Ad extremum praesto sunt duo specimina exquisitae scripturae: ἐῤῥόδω Philo mech. synt. lib. V ed. Schoene pg. 84 8 codex V (εῤῥόδω E, sed ἐν ῥόδω P) ἐλλύπαις καὶ φόβοις Philo ed. Ber. I 290 7 cod. H, quae vix somnianti tribuas librario. E Ponti dialecto hodierna enotavit ἔναλ λεοντάρ Thumb Handb. 19.

Saepius nasalis illa mobilis plane intercidet in titulis[2]) idemque in papyris usu venisse a Dielsio comprobatum vidimus allatis Iatricorum voluminis exemplis: χολὴ⟨ν⟩ καί 12 5 δι' ὑπερβολὴ⟨ν⟩ καταψύξεως 8 33 ἀφαίρεσι⟨ν⟩|[γίνεται 31 44 ΑΥ[ΞΗ]CΙ^{N}ΓΙΝΕCΘΑΙ 13 35 ΜΗ^{N}ΚΑΙ 17 19, quibuscum alia componenda: ΕΠ[Ι]ΧΕΙΡΗCΙ^{N}ΑCΟΛΟΙΚΟC Ακ 14 8 τὴν πρόπτωσι|τιμῶμεν p 1020 X² 117, 4 1 (papyro examinata I ultimam esse versus literam apparuit) νῦ⟨ν⟩ μοί πβ 64 5 (vs. hom.) μικροῦ δεῖ⟨ν⟩ καί ρ I 134 11, quamquam hoc licet certa sit Sudhausii emendatio haud scio an potius mittatur, quia δεῖ et δεῖν frequentissime inter sese misceri testes sunt codices.[3]) Et haec quidem inter bina vocabula; mediis autem verbis ecquid simile acciderit infra videbimus.

Praepositiones ἀνά κατά παρά deleta ultima vocali proximae assimilare consonae veterum Epicorum praecipue mos fuit, in volgarem linguam unum pervenit καμμύω.[4]) Huc faceret verbum καμμηρίζειν

1) συγκέρδει pro σὺν κέρδει ap. Soph. El. 61 corrector sextus vel septimus Laurentiani (s. XIII—XIV) substituisse dicitur. Hoc num recte nobiscum communicet Campbelli editio admodum licet ambigere. Sed quod Dion. Hal. Ant. VI 86 κακηγκακῶς ἀπολέσθαι scripsit altera codicis B recensio cum fuerit κακὴν κακῶς ἀπ. spectat illud ad vocem κακηγκάκως vel κακιγκάκως apud Byzantinos frequentatam, de qua actum est Byz. Zeitschr. II 152—155 ab Eduardo Kurtzio (addo κακηνκάκως martyr. Athenogenis Ἀνάλ. Ἱεροσ. σταχ. I 254 20, Acta Tarachi Probi Andronici Ruinart III 33 41).

2) cf. GM³ 349, Meist.³ 94 WSchulze qu. ep. 60 418 531. Addo: ἀδικεῖ⟨μ⟩|μηδέ DS¹ 346 1 (Smyrnae pt) ἐ⟨μ⟩ πόλι 428 (Dodon.) ἐτίμησαν Δήμη⟨γ⟩ Χαιρήμονος BCH V 348 (Trall. I^{a}) ἔργο⟨μ⟩ μή defixio Thebana (s. III—II) Wuensch praef. VII.

3) cf. καλῶς οὖ⟨μ⟩ ποιήσαις PPetr II 50 1 (250^{a}) ἐ⟨μ⟩ Μέμφει PLeid U 2 3 (II^{a}) PLond I 23 32 (161^{a}) ἐὰ⟨γ⟩ γράφω PGrenf I 70 19 (II—I) ἐ⟨μ⟩ μέν BU 43 5 (II—III) τὴ⟨γ⟩ χάριν PLond I 117 27 (IV^{p}) τὸ⟨γ⟩ κλῶνα PBer 1 280 (III—IV) εἰς τὴ⟨μ⟩ μίσθωσιν RevEg IV 62 (VI—VII) ὁ μὲ⟨μ⟩ Πεκύσι(ος) VI 3 13 (byz) οὖσα⟨γ⟩ καί W 1889 166 (byz) al. De aet. Lag. certiora docet Mays. II 24 (deleatur oportet τὸ ἱερὸ⟨μ⟩ μέγα PLond I 13 28 ubi leg. τὸ ἱερὸν ἐγλ[είπειν). Similia et codicum librarii aut propagaverunt aut de suo intulerunt, velut ἐφειῶι Thucyd. 7 31 A ἐμέμφι Herod. 2 176 A¹ ἐπιτάνηι 3 55 B¹ Antig. Caryst. ed. Kell. 41 6 Palat. ἐκλάρω Strabo 668 F ΤΗΦΩΝΗΝ LXX cod. Sarravianus s. IV fol. 107^{b} 28 ἐκείνω⟨γ⟩ κρατῆσαι Joseph. B 4 303 R¹V¹ μία⟨γ⟩ κεκρυμμένην 5 435 C ἀφθονία⟨γ⟩ καί 520 L ζωστήρω⟨γ⟩ γοῦν 6 197 R etc. Sed quomodo nasalis in exitu vocabulorum posita primo ante quamvis consonam, deinde etiam sequente vocali omitti coepta sit bene illustravit Dieterich Unters. 86 sqq.

4) cf. GM³ 366 KB I 172 Schmiedel 5 22^{c}, de Wesselii papyris magicis W 1888 ind. verb., καμμύων DA 202 15 καμμύσας PLond I 111 835 (mag. III^{p}).

ab Academicis Borbonicis cτ 8 12 (καὶ ἐρῶντας καμμη[ρί]cαι) restitutum, ni inspecta papyro κᾶμ μὴ καί veram esse lectionem cognovissem.[1])

Quod est ΚΑΤΑΥΤΟ c 22 39 Gomperz suo iure in κατὰ ταὐτό mutavit; CΥΝΑCΤΡΟΦΗ[Ν (i. e. cυναναcτροφήν) traditur p 1457 fr 8 3.[2])

Restat ut de vitiosa assimulatione verba faciamus. Carent eiusmodi mendis volumina Neapolitana, nisi forte *μ 86 2 ἔμθεα (ЄΜΘЄΜΑ n) revera voluisse arbitramur veterem librarium; nil sit ἔχουcιμ | τήν ρ I *11 2 ο (ЄΧΟΥCΙ . | n).[3])

Et haec quidem in universum de variis assimilandi modis exposita sunt; sequitur ut nonnulla vocabula percurram, quae continent nasalem sede magis minusve incerta ante consonam fruentem. Inde a saeculo altero a. C. n. volgares homines λήμψομαι εἴλημπται ἐλήμφθη λημπτός ἐπίλημψις al. et dixisse et scripsisse, quod dudum quidem

---

1) Ceterum καμμηρίζειν iam ea de causa haud improbabilis mihi olim visa erat forma, quod Artemidorus 11 28 κάμμηρος veriloquii causa formavit (κάμηλος — κάμμηρος — μέcους κάμπτει τοὺς μηρούς). Ad sensum verbi cf. διαμηρίζειν cτ 13 8 Sext. Emp. 179 8 (utroque loco Zenonis Stoici libido perstringitur) et ἀπόδος τὸ διαμήριον in vasculo Attico Kretschmer Vaseninschr. 89.

2) De hoc haplographiae genere quod pariter et pronuntiandi et scribendi socordia procreavit cf. Dieterich 124, κατὰ ὑπὸ cοῦ ἐπιcταλέντα γράμματα PLond I 17 11 (161^{a}) κατὰ προγεγραμμένα PGrenf II 25 24 26 23 (103^{a}) 30 26 (102^{a}) praebet Mays. II 53, addo κα⟨τὰ⟩ τὰ περὶ τούτου διατεταγμένα BU 180 19 (172^{p}) κα⟨τὰ⟩ ταὐτόν Zosim. ed. Mend. 15 25 codicis m. 1 κα⟨τὰ⟩ τὸ ποcόν Orig. in ev. Jo. II 72 3 Brooke κα⟨τα⟩τείνει Simplic. in Ar. de caelo 71 19 B κα⟨τα⟩τέθραυcται 85 17 D alia. Deinde ἐὰν καλείψη BU 86 7 (155^{p}) καλ(τὰ)λιποῦcα Simplic. in phys. 343 9 F παρρήξας Polyaen. ed. Melb. 100 11 cod. παρρέουcι Strabo 382 ak (libri dett.). In diminuenda particula ἀνά nasalis paulo fortius resistit. E sacris libris praebet ἀπτύξας ἀcτάς Schmiedel § 5 22 adn. 47, cf. ἀμείναντες Plotin. 826 16 ed. Creuz. cod. Vat., deinde ἀνδιδοῦντα BU 44 15 (102^{p}) ἀνcτρέψω NT Laudianus fol. 129 20 (Tisch. mon. sacr. in. IX) ἀντείλη Philonis pap. 205 20 Scheil ἀντιθέναι Herodot. 5 18 C προανπέμποντες Choerob. ap. Stud. Anecd. I 37 2 S ἀνδραμόντες Simplic. in phys. 425 3 F ἀνφέροιεν Euseb. dem. ev. 633 ed. Gaisf. P^{1} ἀντίθηcιν Zachar. Ius Graecorom. I 205 codex. Contra non raro fit ut voces falso distrahantur velut ἀναθέμια ἀναθέμειων (!) ἀ]ναθεμείων ἀναθέμεια pap. Philonis 175 11 12 16 17 ed. Scheil (ἀνθέμιον flosculum) ὁ τοῦ οἴνου ἀναφορεύς Simplic. in Ar. phys. 555 13 E ἀναπλακήcας Epiphan. ed. Dind. I 590 2 V opt. In Xenophontis libris et ἀμβάτης et ἀναβάτης invenitur (cf. Mem. III 3 2 12), alibi ἄμπωτις et ἀνάπωτις variant. Agatharchidis memoria Photiana praebet ἄμπωτις 131 2 136 21 ἀμπώτιδος 193 8, sed ἀναπώτιδος 189 24 libri ἀναπότεως (!) 193 18 B (ἀμαπότ. C ἀμπώτ. A); ἄμπωτις Strabo 758 766 835 etc., ἀ(μ)ναπώτεις Diod. 17 106 F ἀναπώτεως Polyb. X 14 2 libri (ἀμπ. Dindorf).

3) De titulis cf. GM^{3} 359 $Meist.^{3}$ 123, quibus locis addatur κομιδὴμ τοῖc DS^{1} 344 39 (Ephes. 86^{a}) υἱοθ]εcίαμ Διοκλείους Kontoleon ἀνεκδ. μικρας. ἐπιγρ. I nr. 38 (Mylasis I^{a}) Μϵ]λαμθίου in defixionum tabellis Atticis Wuensch 70 2 Μϵλα]μκόμα IMB 601 5 (Eph. i) ἐγτυχάνουcιν (= ἐντ.) IMB 458 3 (Ephes. III^{a}). Memorabilis ab hac parte lapis Teni inventus IMB 377 (IV—III): πύργωμ τά 19 χωρίωμ τού[των 18 τὸμ κῆπον 53, quin etiam αὐτῶμ Ἀντιχάρου 20 οἰκόπεδομ ἅπαν 44. Haec sicut ἀ]ποδώcομεμ ἐξ BU 664 5 (I^{p}) λόγομ ἀπό PLond II 99 8 ($11—15^{p}$) χαίρειμ ὁμολογῶι 205 2 ὧμ ὀφίλιc 3 (105^{p}) inde explicanda, quod propter frequentem assimilationem littera μ a negligentius scribenti facile in locum alterius consonae potuit substitui. In papyris τὸμ [θ]άνατον Phaed. pap. 18, 3 10 incertum est, quia aliter ibi legendum esse contendit Usener, cύγcφιγγε habet Herondae volumen 5 25 cὺμ

sed parum definite ferebatur, nunc WSchulzii commentatione quae inscribitur Orthographica (Marpurgi 1894) dilucide explanatum est. Similia in papyris Neapolitanis diu frustra quaesivi; tandem apparuit λήμψεται p (θ?) *807 X² 62, 21 6ai tristium laciniarum mole obrutum. Sed Iatricorum papyrus multis in rebus Aegyptiorum vitiis nimis obnoxia ab hac parte incorruptam servavit orationem: καταλήψη 31 10 ληφθείς sim. 4 33 7 28 9 42 25 9 34 13 36 12 37 16 24 ὑποληπτούς 3 19 38 44 4 5 ἀνάληψις 25 48 ἐπιληψίας 7 28.[1]) Quin vitiose μεταλαβάνει scribitur 24 20, ubi vicina forma ἔλαβον librarii manum turbavit.[2])

Data occasione Schulzii commentationem quae longe maiorem partem in latinis versatur litteris liceat nonnullis lectionibus amplificare inter examinandas papyrorum codicumque copias comparatis. In papyris s. IIIª haec res est: scribitur veterum more, ut ληφθῆναι PPetr II 132 16 (ca. 250ª) ἔγληψιν ib. 150 4 (s. IIIªᶠ), ad novellum usum vergit ἀρ]γύριον παραλάμψεσθαι II 139 16 (258—253ª)[3]) et Ptolemaei decreti a. 259—258 emissi nonus quem constituit editor librarius: λή[μ]ψομαι 59 20 λή]μψομαι 24 παραλήμψεται 60 11 λημψόμεθα 14. Ut certius dicam neque hic librarius nasalem omittit neque qui eum praecedunt vel sequuntur formis dilatatis indulgent. Insequente saeculo multo plures novicii modi testes exsistunt ita vero, ut nihilominus antiquior usus praevaleat.[4]) De primo a. C. saeculo propter papyrorum penuriam fere nihil potest affirmari.[5]) Illud vero constat, nullum reperiri in Berolinensium corpore exemplum nasali carens neque aliter se habere acta Byzantinorum in quibus ultima sunt testimonia

---

χρηστηρίοις W 1889 147 7 (byz). Et forsan non inutilis codicum lustratio: δεσποτῶμ θανάτοισι Aeschyl. Choeph. 52 Mediceus λαμθάνει Є κύρ. δόξ. 35 cod. H ἀπαρχὴμ τῶν LXX Ps. 77 51 R, συγτυγχάνειν Acta Nerei ed. Achelis 2 19 V συγτάγματος ἐγτυγχάνουσιν LXX 2 Macc. 23 25 Venetus s. VIII—IX (eiusdem corrector 1 Macc. 8 32 ἐντύχωσι et 2 Macc. 15 39 ἐντυγχανόντων — vix credideris — in ἐγτύγχωσι ἐγτυγχανόντων mutavit, vera si subnotavit Swete) μελάγθριξ Malalas 104 4 105 19; ξυμγεγονότων Hippocr. VI 42 A παμκρατές Aristoph. Thesm. 317 R ξύμκρισιν Hippocr. X 360 F; συγπτώματος Heph. Theb. ed. Engelbrecht 93 29 A; παμσπερμίας Philop. de opif. mundi 81 9 cod. s. XI ἐγσκευασθεισῶν Joseph. B 1 644 V²; συμλαμψάσι (pro σὺν λαμπάσι) Syncell. Chron. 300 13 G; ξυσκινδυνεύει Thucyd. 1 32 C¹, συσχυθήσονται cod. Sinait. II 77ª 53. Eis, quae e titulis de particula ἐκ perversum in modum cum sequenti consona coniuncta collegerunt GM³ 361 362 Meist.³ 105 109 adiungatur ἔγπλουν IMB 422 11 (Prien. IIª) ἐγ Πτολεμαίου PPetr I 49 3 14 (235ª) ἐγπλαγίς' Eurip. Med. 8 *pap. Aeg. a Weilio edita Mon. grecs publ. par l'ass. de l'enc. des ét. gr. 1879, 15 ἐγθῆς PGrenf I 11, 2 20 (157ª) ἐγ θησα[υροῦ PLond II 4 2 (177ª) ἐγφάνητος PPetr I nr. XVI 2 6 (230ª), cf. Mays. II 41 sq.

1) Nusquam autem carent nasali lapides Oenoandenses, quod iam monuit WSchulze Orthogr. XIV: λήμψομαι 2 10 cf. 59, 2 5 προλημφθῶμεν 58, 2 3 καταλημπτήν 41, 2 14 cf. 41, 1 7 παραλημπ[τ]έον 48, 2 7 ἀντίλημψιν 41, 2 7.

2) cf. pg. 74 adn. 3.

3) Haec forma utpote ionica (in eadem papyro ἤν pro ἄν scribitur, cf. Mays. II 26) haud scio an optime demonstret qua via nasalis in volgarem linguam illata sit. Conferendus Ephraemi LXX codex saec. V qui praebet ἀναλάμψεται δὲ αὐτὸν καύσων καὶ ἀπελεύσεται Iob 27 21 (ἀναλήμψεται Sin. Alex. Vat.), quocum coniungo παραλαμπτέον Soran. ed. Rose 247 22 cod.

4) cf. Mays. II 26.

5) προσειλ]ῆφθαι PLond II 149 5 (15ª) certum est.

λημψαπόδωcιν (!) ὑπόλημψιν PLond I 234 50 sq (s. VIII^{p}). Tantum haec consuetudo habuit auctoritatis, ut si forte defuit consona illa, homini verba scripta retractanti reponenda videretur: ἐνπεριείλη^{μ}πται BU 194 14 (177^{p}) προcλή^{μ}ψη DA 193 20 (IV^{p}). Terminum illius usus quo idonee significaret attulit Schulze codicis Vaticani diorthotam (s. X—XI) nasalem obelo notantem, sed licet paulo accuratiora proferre indicia. Codicis epistularum Paulinarum Claramontani s. VI corrector D*** s. IX exulare iussit nasalem (cf. fol. 10 16 103 17 al.) quam qui hunc antecedit D** s. VIII nusquam removerat ipse quoque grammatici munere fungens, sicut optime illustratur hoc loco: ἀπολήνψεcθαι fol. 346 6 codex ἀπολήμψεcθαι D** ἀπολήψεcθαι D***. Liber Danihelis Vaticanus editus a Tischendorfio Mon. sacr. in. IV praebet λήμψεcθαι 237 7, λήψεcθαι restituit corrector C s.VIII—IX, denique ἀναλήψιμον margini codicis Ephraemi Syri adpinxit lector perindoctus s. IX, cf. Tischendorf p. 27. Excidit igitur nasalis e lingua viva circiter finem s. VIII, sed fuerunt inter librarios qui fortius desertae consuetudinis defenderent exempla. Qua in re excellit Hippocratis memoria: ἀπόλημψις I 165 16 (Kuehl.) V 588 bis 598 (Littré) cod. A 336 IK 720 D ἀνάλημψις III 308 P Galeni 310 P Ald. IV 512 N^{1} ἐπίλημψις V 268 FGIJ (ἐπιλάμψιες Littré cum aliis) ἐπίλημψιν 720 A ξυλλήμψιος 118 I ἐπ⟨ε⟩ίλημπται 108 DHI ἐπιλημφθείcης 462 libri plurimi λημφθῶcιν VI 508 Ald. ἐπιλημπτικόc V 656 720 A 684 686 omnes (et A) praeter D.[1]) In aliorum auctorum libris praeter Ptolemaei memoriam (ἀνεπίλη*πτον synth. math. 6 14 D s. XII περικαταλή*ψει 24 13 D προcδίαλημψις 30 19 D^{1} κατάλημψιν 261 11 A^{1} s. X C^{1} s. X καταλήμψεωc 272 2 C^{1} ὑποληπτέον 355 22 C^{1} εἰλήμφθω 394 21 D^{1} ἀπολημφθείcης 395 2 D^{1} καταλημφθῆναι 402 7 D^{1} κατάλημψις 461 6 D^{1} 535 18 D^{1} ἐπίλημψις 527 18 D^{1} διαλήμψεωc 537 3 D^{1}; notanda est divisio κατειλημ|μμένα 8 1 C) atque Artemidori Laurentianum s. XI (λήμψεται 128 18 25 129 2 λήμψονται 87 13 λημφθήcεται 125 9 καταλημφθείcης 239 13 λήμψεωc 39 24 ἀνάλημψιν 120 3 cυλλήμπτρια 119 8) Iosephi Parisinum a Schulzio allatum[2]) admodum dispersae feruntur pristini usus formae: κἀπίλημπτοc Soph. Ant. 406 L[3]) ὑπολήμψεcθε Demosth. 18 40 Σ cυλλήμψεcθε 21 116 λημψομένου 215 Σ καταλημφθῆναι Apollon. Cit. ed. Schoene 10 42[4]) λῆμψιν Lucian. hist. conscr. 31 Γ ἀκαταλημψίαc Diog. L. IX 61 cod. Borb. ἀνάλη*ψιν Alex.

---

1) cf. WSchulze l. l. X. Itaque inter codices optimos θABC^{I}V unus A volgari usui favet.

2) cf. Schulze XIV adn. 2; inter libros de antiquitatibus et de bello Iudaico conscriptis haud scio an nonnullae reperiantur discrepantiae rerum grammaticarum, velut in hoc opere forma ἐραυνάω persaepe traditur in illo nusquam conspicua, sed deest ἐπίλημψις sim. His alius studiosius velim insistat.

3) cf. λήμψει papyri Euripidis Didotianae FTG^{2} 953 33 et ἐπίλημπτον Hyperid. Athen. 15.

4) Hic sit licentia de Philone pauca intercalandi: libri Berolinenses quosque praeterea inspexi in suetas formas consentiunt, at papyrus s. VI in opusculo illo de rerum divinarum herede inscripto valde nasali est dedita: κατάλημπτον sim. 165 20 (ed. Scheilii) 21 bis 174 11 176 20 179 3 λήμψομαι sim. 154 9 165 17 171 19 μεταλημθέν 157 5 μεταλημφθέν 161 20 -λημψις 161 3 22 164 4 181 9 187 15 sed κατάληψις 181 3 ἀνάληψιν 185 16.

Aphrod. quaest. 160 35 cod. s. X χριcτολήμπτας [Ignat.] ad Antiochen. 12 vo cυλλημφθείc προcκαταλημφθέντες cυνελήμφθη Dionis Cassii Vaticanus vetustissimus s. VI fol. 7, 5 1 18, 4 1 39, 6 2 (cf. Sauppe GGN 1869 186) παραλαμπτέον Soran. 247 22 cod. (-ληπτ- Rose, cf. pg. 66 adn. 3) ὑπολημφθῇ Theophil. ad Autol. 2 28 Venetus δυcκατάλημπτα λήμψομαι λήμψονται Hippolyt. ed. Berolin. I 2, 3 12 22 5 27 24 Hierosolymitanus s. X λήμψει Cyrill. Alex. in ev. Io. ed. Pusey I 238 26 B ἐπιλίμπτῳ (!) Caten. in epist. cathol. ed. Cramer 164 27 cod. περιλημπτικά schol. in Eucl. V 168 16 P s. X ἀντιλήμψονται Antyll. ap. Orib. III 201 12 U ἱππολήμπ⟨τ⟩ρα Hesych. s. v.[1]) τῆc λείμψεωc (!) Alex. Trall. ed. Puschm. I 423 L ἀντιλημπτικά Syrian. in Hermog. ed. Rabe II 42 25 V[1] (ἀντιλη$^{\mu}$πτικά S, cf. ἀντιλη$^{\mu}$πτικῶν 49 12 S!) ἀνάλημψιν Hippiatr. Not. et Extr. XXI 2, 109 cυνείλημπται (sic) Damasc. ed. Ruelle I 290 27 Marcianus s. IX—X.

E Latinis adiungatur Schulzii copiis cυνλήμψεων Donati ars gramm. Gramm. Lat. VIII 386 13 λημπτέον Bias ap. Gellium V 11 2. Cicero Atticos secutus esse videtur, quamquam in minutis rebus neque Orellio neque Halmio fidem esse certo scio: λῆψιc ad Att. VII 7 πρόληψιc Acad. pr. II 10 30 top. 7 31 nat. deor. I 17 43 πρό(c)ληψιν de div. II 53 108 κατάληπτόν Acad. post. I 11 41 ἀκατάληπτον pr. II 6 ἀκαταληψία ad Att. XIII 19 κατάληψιc Ac. pr. II 6 17 47 145 de fin. III 5 17, cf. ληφθέντων in epistulis Frontonis graecis 246 Nab. Porro ΚΑΤΑΝΨΟΜΑΙ vel ΚΑΤΑΝΥΜΑΙ libri Senecae contr. VII 4 10 (latet καταλήνψομαι),. ЄΠΥΛΗΜCΙΑ Physiogn. lat. ed. Rose Anecd. I 122 23 (v. l. ЄΠΥΑΜΙΑ) ЄΠΥΑΝΤΙΚΩC ЄΠΥΛΗΝΤΙΚΩΝ 123 10 libri, analemptico Soran. ed. Rose 105 3 h (inaleptico l, anelentico b), epilempsia Chronic. Montis Cassini auctore Leone (s. XI) Mon. Germ. Scriptt. VIII 667 53. Qui ab altera caeli parte graecam linguam interceperunt utrique usui hospitis iura videntur concessisse, cf. אסטמוסיא et אברולומוסיא Hebraeorum (= ἀνδρολημψία, MSchwab Transcription des mots grecs et latins en Hébreu aux premiers siècles de J.-C. Journal Asiatique Nouv. Série X 424) et ʿandilips' apud Armenios (= ἀντίληψιc) CBrockelmann ZDMG 47 19.

Eadem ferme constantia, qua addidit popularis sermo nasalem formis λήψομαι ἐπίληψιc similibus, interire iussit in vocabulis a radice ενεγκ derivatis hac quidem in re cum voluminibus Herculanensibus consentiens. Singula formarum genera rapido cursu attingam: ἐπενήνεκται ευ 85 10 ἐνεχθῆναι sim. πβ̄ 9 9 μ 28 15 Ακ 13 22 (ο) pg. 754 Mekl. (o) ἐνεχθείc sim. ρ II 49 6 αι 293 6 θ 30 31 Δπ 13ᵇ 7 Iatr 4 35 6 5 13 9 14 ἐνεχθῇ 5 27 ρ I 45 6 ἐξενεχθῶcι θ 31 14 Є ια̅ VI² 8, 14 7 ἐνεχθήcομαι

---

1) cf. ἐλήμφη Hesai. 52 5 Sin. κατελήμφη Hierem. 3 8 Sin., deinde ea quae pg. 86 de voce μάκρα proferentur; multo saepius labialis omittitur: μεταλημθέν Philonis pap. 157 5 ἀναλη$^{\varphi}$μθ[εί]cας BU 587 12 (141ᵖ) ἀντιλήμτωρ LXX Ps. 17 3 U (maxime apud Latinos, de quibus cf. WSchulze VIII adn. 3 alibi), similiterque comparata sunt πέμτη PLond II 209 2 (156ᵖ) πέμτου Proceed. of the society of bibl. arch. V 128 (ostr. aeg. s. I—II) πέντον BCH XV 603 (Amorgi i) πεμθέν CIG 447 4 πεμθηcομένουc BU 235 15 (IIᵖ) πεμθηcομένην Gelas. Cyric. Mansi Concil. ed. Flor. 1759 II 765ᵉ.

sim. ορ 44 36 ρ I 135 33 Iatr 35 38 39]ΤΕΝΕΧΘΗΙ[p 226 4 1 ἀνενεκτῶν πα fr 82 6 ἐπενεκ[τέον ρ I 117 22 διενεκτέον π IX² 31, 2 9.[1])

Hisce in formis nasalem antiquis temporibus esse retentam iam dudum e titulis sumus edocti, unde protulit ἀνενήνεγκται (s. V^a) ἐπανενήνειγκται (IV^a) Meisterhans³ 183 185 ubique εἰσενηνεγμένοι sim. exstare affirmans, συμπεριενεγχθείς CIG 2058^a 32 79^b 70 (Olbiae IV—III) addidit GMeyer³ 385, ἐξενεγχθῇ e Delphorum lapidibus Blass KB II 561, cui ordini alia inserenda: ἀπενεγχ[θῆ]μεν Inschr. v. Olymp. 47 15 (dial. dor. II^a) ἀπενεγχθέν BCH II 579 7 (Deli II^a¹) ἐξενεγχθέντα tit. Canop. (238^a) vs. 10.[2]) Iam si ad papyros accedimus, optime cum titulo Canopico conspirat huius saeculi usus: μ[ετενε]γχθέντος RevL (258^a) 17 12 με]τηνέγχθη 14 μετενεγχθέν 16 προσενεγχθέντος PPetr II 28 6 (241^a) προσενήνεγκται II praef. 22 14 (III^a). Ab his dissentit papyrus Aegyptiaca a. 240 a. Chr. conscripta: ἐξενεχθέντος BCH XVIII 145 18. Verum alterum Lagidarum saeculum nasalem prope funditus suppressit. Est sane ἀνενενεγχθέντας (sic) PLond I 17 12 (161^a), sed obstant plurima: ἀνενεχθέν PPetr II 154 34 (191^a) ἐνεχθ[ε]ίσης PPar 65 17 (II^am) ἐξενεχθέντες 14 28 (126^a) ἐπενεχθεισῶν 15 39 (120^a) ἀνενεχθέντων PTor I 30 7 ἐνεχθέντες II 2 29 (116^a) cf. 46 43 44 46 (120^a) μετηνέχθη Theb Bank 4 I 4 (II^am) προσενεχθησόμεθα sim. PPar 46 20 (153^a) 63 128 XIII 11 (165^a) προσενήνεκται προσενήνεκτο PTor I 36 20 32 32 (116^a) προσενηνέχθαι ἐπενηνέχθαι 30 28 44 29 (116^a) ἀπενήνεκται PLond II 14 29 (116—111^a) al.[3]) Neque illam resuscitavit Christianorum aetas: ἀνενεχθήτωι BU 248 30 (I^pf) ἐπενεχθείση PPar 17 6 (154^p) ἐπενήνεκται CPR I 20 I 10 (250^p) al. Inde ad codices progredior, quorum rationes multo difficilius intelliguntur. Ad obsoletum autem scribendi genus spectant haec: εἰσενεγχθήσεται LXX Jos. 6 19 Alexandrinus, συνενεγχθῆναι Philo de sacr. Cain et Abel 201 24 ed. Scheil pap. s. VI (προσενεχθέντος ib. 186 4) συναπενεγχθήσεται Philo ed. Berol. III 93 1 H συνενέγχθητι 116 2 H² κατη-

---

1) ἐπ]εν[η]νεν|γμέν[οι ρ I 67 13 (ἐνήνεγμαι -ένος sim. μ 33 17 ρ I 70 29 II 27 10 205 2 226 21 πτ 10 13 Φ p 300 I² 103, 11 4 Iatr 33 35 34 2) pariter atque ἀποφθεγ|γματικούς Ε ιδ VI² 9 2 (ἀποφθέγματα θδ 176 4), licet cautiore pede procedendum sit propter interruptum vocis conexum (cf. supra p. 11 adn. 2) tamen rationi adsignentur oportet raris sed certis testimoniis servatae. Nam formam φθέγγμα duobus e titulis protraxit GMeyer Gr³ 364 (φθέγγματα CI 4740 7 φθεγγμάτων 4741 9 in epigrammatis Caeciliae Trebullae Memnonis cruri sinistro incisis) servavitque in libris LXX Vaticanus ἀποφθέγγματα Ez. 13 19. Neque haec res grammaticos effugit: φθέγμα ὁ μὲν Ὦρος διὰ ἑνὸς γ̄ γράφει, ὁ δὲ Ἡρῳδιανὸς διὰ δύο φθέγγμα Herod. II 408 23 (ex EM 792 34), quorum iudicium non mera doctrina, sed communis usus varietate excitatum esse apparet. Restat locus quidam depravatus: . . CΝΙΓΙΧΘΗ p 239 (= Φ πρ) OVI 1577, 210 5, ubi in corruptis litteris ni fallimur latet verbi φέρω aoristus passivus. Ipse de forma ἐξ]ενεί̣γχθη cogitaveram, sed haec vix pro certis venditare ausim. Ceterum de scripturis ἤνεικε ἠνείχθη libro VII agendum s. v. φέρω.

2) Antiquissimum exemplum quod equidem novi aoristi passivi cum volgari more facit: ἐ]ξενεχθεῖ IGA 395^a 24 in titulo Ionico, cf. εἰσενεχθῶσιν Ἐφ. ἀρχ. 1884 137 13 17 (307—286) εἰσενήνεκται MFoucart Inscriptions récemment découvertes etc. Bull. de l' école. fr. d'Athènes I 1868, 6 17 (Mantineae aet. imp.) al. In vasto sacri Deliaci catalogo (BCH VI, 180^a) ubique incisum est ἀνενεχθέν ἀνενεχθῆναι, velut 6 7 32 40 al.

3) Vel gutturalis omissa est: μετηνέθησαν PGrenf I 71 I 13 (II—I), cf. μεταληθείς (μεταλημφθείς) Philo III 119 13 G¹.

νέγχθη Diod. 16 12 F ἐξενεγχθείϲ Plotin. ed. Creuzer 1331 11 Vatic. s. XV ἀνενεγκτέον 802 9 omnes ni fallor libri 802 2 924 14 1212 7 Vatic. μετενεγκτέον 1344 8 Vatic.[1]) ἐπενήνεγκται Demetr. περὶ ἑρμ. Walz IX 50 libri (in his optimus R) praeter Vindobonensem[2]) προϲενήνεγκτο Galen. script. min. II 11 8 ἐξενήνεγκται Cornut. ed. Lang 46 16 N opt. ἐπενεγχθηϲομένων Ptolem. harmon. ed. Wallis (Ox. 1682) p. 9 cod. Savilianus qui postea προϲενηνέγχθαι p. 40 ϲυνενεγχθήϲεται Greg. Nyss. in Eunom. 684[d] edd. vett. (-νεχθ- cod. Oehleri s. XVI) ὑπενεγχθεῖϲα προϲηνέγχθη Procl. in Tim. 16 57 ed. princeps e cod. Britt. propagata (-νεχθ- utrobique Schneideri codex, Monac. s. XV) ἀνενεγκτέον 807 ed. pr. (-νεκτ- Mon.) μετενήνεγκται 35 uterque liber μετήνεγκται Aspas. in Eth. Nic. 93 27 Z Eustrat. in Eth. Nic. 200 11 memoria μετενήνεγκται Simplic. in Ar. de an. 153 27 ἐνήνεγκται in Ar. phys. 974 3 a F, denique ex ultimis temporibus εἰϲενήνεγκται Niceph. Greg. ed. Bonn. I 425 19 ed. pr. διενεγχθήϲομαι Gennad. dial. Christiani cum Iudaeo (Anecd. graeca ed. A. Jahn I 1893) p. 1 15 18 διενεγχθηϲομένοιϲ 35 16.[3]) In his ubique optima vel certe proba memoria fautrix exstitit scripturae dilatatae, raro aliter factum vidi: προϲενήνεκται Strab. 484 D προϲήνεκται BC προϲήνεγκται k (det.), ἐξήνεκται μετενήνεκται Stephan. in Ar. rhet. 299 36 315 20 Vc ἐξενήνεγκται cod. Par. 1951 μετενήνεγκται codd. Par. 1869 1951 inde a libro V derivati. Itaque cum vix eodem pacto haec omnia inter se cohaerere appareat, explicari necesse est qua quisque ratione nasalem adhibuerit. Imprimis autem tenendum est volgarem linguam inde a primo Christianorum aevi saeculo formas pleniores penitus ignorasse, sicuti testantur praeter Aegyptiorum papyros tituli recentiores acta Siculorum Italorumque s. X—XIII exarata codices novelli alioquin volgaris linguae vitiis referti.[4]) Atque tantopere obtinuisse contractum scribendi modum ex parte, si quid intelligo, explicandum est collatis verbi ἄγω formis. Etenim ἠνέχθη et ἤχθη, ἤνεκται (= ἐνήνεκται) et ἦκται quanta inter se coniungantur et sensus et sonus familiaritate librariorum probant errores numero paene infiniti. Iam si quaerimus

---

1) Vaticanus ille quem saepius adhibebo plurimique olim fecerat Creuzer summum fere cum infimo gradu locum a novissimo Plotini editore Henrico Mueller mutare iussus est (Herm. vol. XIV 99). Sed aut Creuzeri collationes quod ad meliores codices refert (cum Marciano A cuius memoria diligenter a Creuzero videtur esse exscripta librum illum dubitanter copulavit Mueller) fide sunt indignae aut Muelleri, qui in hac causa alienis solum usus est oculis, ratio stare nullo modo potest. Auget mea quidem sententia Vaticani pretium, quod unus nasali mobili ante vocalem caret 1029 14 (ϲυγκριθεῖϲι εἶδοϲ) 1075 8 1118 4 1235 2 1261 13, quod scribit οὕτω ἔχει 963 5 ἐπερώϲθη 925 13 ἐϲ περιοχήν (εἰϲ cett.) 623 15 τῶν πρόϲθε (-θεν cett.) βίων 731 8 καλλίω (-ίων cett.) τοῦ ἐν ἀγάλματι καλοῦ 1308 4 (cf. Philolog. LXI [1902] 176) ϲυνήνεικε 463 8 (cf. lib. VII s. v. φέρω). Talia probitatis firma sunt indicia. Verum quomodo grammatici iudicium cum eius qui totam perpendit orationem concinnandum sit videant alii.

2) ἐπενήνεκται Radermacher (pg. 26 19) nulla addita varia lectione.

3) Eodem spectat μετενήνεκται Syrian. in Hermog. ed. Rabe I 53 18 (ε ante κ in ras. cod. V) κατενεγχείϲ Malalas 442 1.

4) Byzantinorum aetate novum procreatum est a stirpe ενεγκ nominum genus, quod tamen ad rationem formarum ἠνέχθη ἐνεκτόϲ sim. se applicavit: κατὰ διένεξιν Cinnam. ed. Bonn. 117 19 (διένεγξιν scribendum esse dixit Meineke) διένεξιϲ Pachymer. Andron. 291[c], μετανέξε(ωϲ) i. e. μετενέξεωϲ BU 551 2 (arab) εἰϲ διενέξειϲ δικαϲτικάϲ Mikl. et Müll. IV 1, 2 1 (XIII[p]) προϲενέξεωϲ IV 1, 95 (1275[p]) al.

Proclusne vel alius inferioris aetatis auctor scripserit ὑπενεγχθεῖcα propagata vetusta consuetudine an proprio iudicio ad veteres redierit, rursus in memoriam revocare iuvat, quae in vicino sunt posita. Nam et ἤνεγκον ἐνέγκαι et ἠλέγχθη ἤλεγκται causa fuisse possunt restituendae nasalis in loquentium usu dudum extritae, siquidem adsimulandi studium nemo non videt quantum valuerit. Quare Olbiae lapides et Nicephori Gregorae manum ad unam eandemque rationem equidem revocare paullum vereor, quamquam non est, cur nasalis memoriam apud litteratos per longam saeculorum seriem conservatam esse negemus. Illud certissimum videtur scripturam oblitteratam modo fido sit teste tradita reddendam esse auctoribus.

Quam in verbi φέρω formis nonnullis interire iussit nasalem usus communis eandem protegit in aliis verbis multo rarius adhibitis, quamquam hic quoque magna est memoriae dissensio. Quae hac in parte e libris Neapolitanis debent afferi ad verbum ἐλέγχω spectant cuius haec est condicio: ἐλεγχθείηc ρ I 207 11 ἐλεγχθήcε[ται II 96 fr 6 ἐλεγχθ[p 861 1 6 ἐλεγ[κτι]κόν I 100 12 ἐλεγκτικόc II 260 32 — ἀνεξέ[λ]ẹκτοι X p 1020 X² 116, 3 14 = Herm. XXV 487 14 (ΑΝΕ.... ΕΚΤΟΙ n, ΑΝΕΞΕ. CΚΤΟΙ o; e papyro ipsa nil iam exhaurire licet) ἐλεκτέον π VI² 153, 4 9; ΕΛΕΚΤΟΝ legitur M X² 73, 4 3, sed ΕΛΕΓΞΟΝ correxit altera manus, cui accedit Koerte.[1])

Deinde cognata ratione cum comparata sit vox cαλπι(γ)κτήc, memorari oportet cα]λ̣πιγκταί ρ II 299 fr 6.[2])

---

1) Paucae in papyris Aegyptiorum adhuc editis similes formae videntur recurrere: ἐλεγχθῶ[cι RevL 33 17 (258ᵃ) ἐξελεγχθῆι PPar 61 13 (158ᵃ) ἐλέγχθη (!) PLond II 160 7 (IIIᵖᶠ) — ἐλεχθέντεc PTebt I *24 37 (117ᵃ), permulta vero in hanc rem praebent medii aevi codices, e quibus ut nonnulla depromam virorum doctorum de hac re me impulit silentium: ἐλεχθῇ ἀνεξέλεκτοc LXX Lev. 5 5 Paroem. 10 17 Vatic. δ]ιελεχθῶμεν 1 Clem. ad Cor. 8 4 Alexandr. s. V ἐξελέκτηc (add. lex.) cod. Coislinianus 345 s. X in glossa marg. fol. 67ᵃ quam Wentzelio debeo εὐέλεκτοc Plat. Theaet. 157ᵇ B¹. Sed iam totam rationem manifestam esse credo; et inde fortasse explicanda est deteriorum librorum scriptura προcήνεγκται ἐξενήνεγκται quemadmodum paulo ante exposui. Est enim haec quoque familiaritas inter ἐνήνεκται et ἐλήλεγκται, quod utrumque verbum facile reduplicationis syllaba orbatur (cf. lib. VI).

2) E titulis cαλπικτήc (inde a s. IVᵃ) non vero cαλπιγκτήc adhuc notatum est, cf. Meist.³ 84 GM³ 383, sed in libris formam nasali instructam longe maximam habere auctoritatem pronuntiavit Lobeck ad Phryn. 191 (cf. cαλπιγκτήν cαλπιγκτήc Asclepiad. 2 9 6 3 cαλπιγκτάc cαλπιγκτῇ Onos. 42 17) quae quam recte dicta sint ipse e Polybii Josephi Plutarchi (cf. Bernard. I LXXXIV; cαλπιγκτήc ubique aut omnibus codicibus aut parte saltem firmatur, cαλπικτήc non nisi quater, cαλπιcτήc vero solum Aristid. 21 in varia lectione occurrit) codicibus perspicio. Neque Vogelium in hac re Dindorfii praeceptum spretis plerumque libris secutum esse velim (cf. Diod. I LXX). Dionis autem Cassii qui supersunt libri ter cαλπιγκτήc ter cαλπικτήc servarunt, cf. Boiss. ad XXXVI 49 1. — Ab alia stirpe originem duxit cαλπιcτήc recentioribus iam titulis notum, cf. cαλπιcτήc CIA III 1285 4 (37ᵖ) cαλπιcτῶν CIG Phoc. 12 25 (Ambryssi IIIᵖ) ἱεροcαλπιcτήc CIG Sic. 617 6 (Rhegii i); cαλπι(γ)κτήc et cαλπιcτήc in libris saepius variare memini, sicut Polyb. I 45 13 (cαλπιcταῖc A cαλπικταῖc C) Diod. 17 33 19 4 Lucian. v. h. 1 17 Artemid. 80 12 Poll. 1 163. Verum in Josephi libris deesse videtur nomen per sibilam scriptum. Monstrosiora sunt haec: cαλπιγητῇ cαλπιγητάc Onos. 42 17 liber A cαλπιγ(γ)ητήc Diod. 17 86 19 4 6 30 al. codex Basiliensis cαλπιγγευτάc Joseph. A 11 177 E (-ιγκτάc cett.). Sed videndum ne haec ex parte e mera scribendi negligentia profluxerint, cum litterarum Η et Κ non exigua sit familiaritas.

Huius vocis mentio iam idoneam praemunivit viam ad ea nomina, quae littera ξ terminantur: ὔ[c]πλη|[γα]c M X^2 76, 11 11 (sic certum esse puto) λάρυξ Iatr 8 30.[1])

Incertum admodum locum nancta est nasalis enuntiationis gratia creata in verbis πίμπλημι πίμπρημι. Fuit enim cum statueret Lobeck (ad Phryn. 96) praestare ἐμπίπρημι ἐμπίπλημι. Verum pleniori formae succurrerunt Dindorf qui Xenophonti et Dioni Cassio Hertlein qui Iuliano Schanz denique qui Platoni (cf. vol. XII xvii) reddiderunt nasalem, quos recte iudicasse cum voluminum Herculanensium usus declarat: ἐμπιμπρά[ν]των op 24 31 ἐμπιμπλάμενοι E p 1016 WS I 31 117 tum codicum examinatio, in quibus variis prolatis lectionibus nusquam solis in deterioribus videtur exstare amplificata scriptura, plerumque in optimo quoque. Ceterum frustra hac in causa adieris Aegyptiorum quidquid adhuc editum est, nam ἐμπίνπλη[θι POxy II 221 14 22 (II^p) e versu quodam Homerico (Φ 331) provenit.

Subsequantur, quae de voce τύ(μ)πανον mihi collegi. Hac in re Pisonis volumina a solita ratione non videntur deflexisse: τυμπάνωι πβ 41 2 τυμπάνου Eια II^1 fr 5 3 τ]υμπα[νοτριβ]ικήν ρ I 34 1 (τυ[πά]-νων scripsit Kemke μ 49 3, at papyro ipsa deleta rem incertam iudico).[2])

Litteram Graecorum alphabeti undecimam λάμβδα vocari quavis in schola pueros audias decantantes secundum normam Byzantinorum grammaticorum, quos falsa docuisse iam multos abhinc annos ostenderunt viri docti, cf. GM^3 383 WSchulze KZ 33 370 KB II 40. · Anti-

---

1) De voce φάρυ(γ)ξ cf. KB I 420 GM^3 383 Dieter. 117 (ubi etiam alia id genus) Dind. ap. Diod. ed. Vog. I lxxii, de ὔςπλη(γ)ξ Schweizer Gramm. 151. His nonnulla adnectam: πλάςτιξι Philonis papyrus p. 167 26 Sch. ςύρι|γες Wuensch defix. 55 (III^a) et sic saepius Poliorcetici, λάρυξ ep. ad Rom. 3 13 v. l. μῆνιξ Wesch. Dionys. anapl. p. 81 in cod. Strabonis exc. μήνιξιν Aristot. de sens. 437^b 32 UG^{a}l ςτόρθυξ Lycophr. Alex. 1406 AB (-υγξ CDE) ὔςπληγας 22 AB (-γγας CDE) ὔςπληγγος Fronto epist. 2 p. 242 Nab.

2) In papyris Aeg. inveni τυμπανιςτ(ής) BU 630 iv 1 (ca. 200^p) verum μὴ ἀποτυπανιςθῶςιν PPar 11 verso 5 (157^a) ἐν τῷ Τυπάνῳ (vici nomen) BU 9 I 7 III 17 (III^{pf}). Aristotelis de re publica Athenarum liber memoriam redintegravit Lysimachi cuiusdam qui ἐπωνυμίαν ἔςχεν Ὁ ἀπὸ τοῦ τυπάνου 65 s Bl.^{2} scilicet quod mortis periculum aegre effugerat. Utraque forma apud poetas usitata est, cf. Thes. L. Gr. s. τύπανον, et conferendus Catullus, qui primam vocis typanum syllabam quater longam (63 21 29 32 64 261) bis brevem (63 8 9) habet. At in libris pedestris sermonis auctorum diminuta scribendi ratio valde est infrequens: τυπάνου Lucian. catapl. 6 Ω ἀποτυπανιζόμενοι ἀποτυπανίζεςθαι Arist. rhet. 2 5 6 1383^a 5 1385^a 10 A^c optimus φρεατοτύπανα· ὄργανά τινα παρὰ Πολυβίῳ Hesych. Nomen quoddam meretricium Ἀποτυμπανιςχάς ap. Ath. IV 166^e nunc nasalem abiecit iussu Kaibelii (cf. Stil und Text 208). — Rursus Triphyliae urbs Typaneae Τυμπανέαι vocatur in deterioribus Polybii libris IV 78 1 79 4, cf. v. l. Ptolem. geogr. III 16 18; quod editur apud Strabonem Τυμπανέαι 344 codicibus BC firmatum cedat verae formae Τυπανέαι quam in libri optimi A corruptela τυπάνςαι (ΤΥΠΑΝΕΑΙ ∼ ΤΥΠΑΝCΑΙ) statim quivis manibus deprehendet. Ceterum meminisse iuvat verbi τρυμπάνειν una cum τρυπάνειν in veterum memoria traditi, cf. Thes. II 793^a.

quissima genuinae scripturae exempla Academia Borbonica patefecit: λάβδα πβ̄ 17 2 42 16.[1])

Ad extremum μηνυνθήcεται quod legitur apud Epicurum ιδ̄ VI 18, 5 11 huic ordini subiciatur. Neque iam dilatatam formam ut opinor mirabitur, qui ad alia id genus animum animadverterit. Sicut enim ἱδρύνθην et ἀμπνύνθην usque ab antiquissimorum epicorum temporibus in usu fuerunt[2]), eundem in modum illic quoque intromissam esse nasalem promptum est iudicium.[3])

Quibus expositis reliquum est, ut disertis verbis affirmetur nun-

---

1) De codicum memoria illud tantum video esse monitum servasse λάβδα Platonis Clarkianum idemque in Photio restituendum cogente litterarum ordine, cf. KB I 40. At multo plures loci vacui manserunt Byzantinorum manu: λάβδα Callias ap. Ath. X 453^d Aristot. h. a. 514^b 18 P (λάμβδα $A^aC^aD^a$) Strab. 551 Alex. Aphrod. in Ar. met. 789 12 M Hippolyt. ref. haer. 308 69 336 16 Pseudocallisthenes Meuseli 2 38 Gaudent. ed. Ian 354 23 Alypius 369 13 14 M^1 (ceteris ibidem locis paene innumeris λάμβδα extat) Philop. de opif. mundi ed. Reich. 114 14 cod. in Ar. phys. 192 30 304 21 L (λάμδα de aet. mundi ed. Rabe 179 18 cod. s. IX—X) Simplic. in Ar. de caelo 270 18 AE 497 9 AF 503 34 A 505 28 A. Praeterea legimus τριβόλουc λαβδαριαίουc Hero Byz. poliorc. 205 19 ed. Wesch. λαβδοειδέc Asclepiod. 7 9 C (λαβο- AB) λαβδοειδῆ Procl. in Tim. 459 A (λαμβ- B) λαβδοειδῶc 461 AB λαβδοειδεῖ 473 AB. In vasta Oribasii compilatione unum fertur caput, in quo agitur περὶ τοῦ λαμβδοειδοῦc ὀcτέου III 403 sqq., sed nusquam ibi praebet nasalem codex A. Unde enata sit novella consona non expedita videtur explicatio. Quodsi acrius fuisset inter Graecorum et Hebraeorum linguam commercium, inde a voce λάμεδ nasalem ascitam esse suspicarer. Reposuerunt sane λάβδ vel λάβεδ pro Hebraea voce λάμεδ sacrorum librorum scribae vetustissimi, de qua re memini Tischendorfium quaedam monuisse Anecd. sacra et prof. 12 adn., sed inde nil efficitur, nisi quod formam λάβδα illis temporibus usitatam fuisse apparet. E Latinis libris quos Graecorum vitio immunes esse putaram ΛΑΜΒΔΑ prolatum esse in Macrobii quae feruntur excerptis GrammL IV 616 38 admodum miror. A breviore autem forma originem duxit vox 'lauta' a medii aevi scriptoribus non semel adhibita, cf. Poet. lat. aev. Kar. III 700 13 Omont bibl. de l'éc. des chartes 42 (1889) 439. — Voci λάμβδα comitem indidit nomen Λάβδακοc librariorum negligentia, cf. e. g. Λαμβδακιδῶν Soph. Antig. 593 L^1 Λάμβδακοc Paus. IX 5 4 L^a.

2) cf. KB II 447 524. De codicum condicione nondum satis constat. Et magnam quidem lectionum copiam coacervari nil attinet, sed notandum est Byzantinos formis consona adauctis magis favere, velut ἱδρυθῆναι scripsit Dio Cassius 37, 9 2 teste codice Laurentiano, ἱδρυνθῆναι intulerunt nonnulla apographa, similiter ἱδρυθείc Philo I 217 9 in codice L ἱδρυθέντι Joseph. A 4 307 in libro S denique ἱδρύθηcαν 5 163 in libro P attrectata sunt a manu altera. E Strabonis opere desumpsi ἱδρυθένταc 164 ἱδρύθηcαν 250 ἱδρυθέντεc 253 ἱδρύθη 512 D (-ύνθη C) ἱδρυθῆναι 544 ἀμφιδρυθέντα 557 ἱδρυθῆναι 612 CDE (-υνθ- F) quibuscum locis idonee confertur papyrus Philonis: ἱδρυθείc ed. Ber. I 208 1 217 9 ἱδρυθῆc 240 2 ἱδρυθῆναι ed. Scheil 157 19. Graeculorum proprium est ἱδρύcθη, cf. ἱδρύcθη Plotin. ed. Creuz. 1183 3 Vat. ἵδρυcτο Schol. Soph. OT 919 Laurentianus, Joseph. A 3 149 RO ἐνιδρυcθεῖcα Hierocles ed. Mullach 61 17 libri excepto G καθιδρυcθείη Theophylact. ed. de Boor 173 20 lect. vulg. ἱδρυcθέντι Acta S. Theognii Anal. Boll. X 83 14; ἀμπνύcθη Hom. Є 667 v. l.

3) δακρυντήν suppeditat Jos. Ant. 4 323 cod. M. Alibi non vidi additam nasalem, at saepe perperam omissam, ut ὀξυθέντεc Philo mech. synt. V 102 20 PV (i. e. Schoenii libri) παροξυθέντοc Plut. Cleom. 25 C ὀξυθέντα Malal. 381 3 παχυθέντα Hippol. haer. conf. 20 91, praecipue vero in verbo ἀμβλύνω: ἀπαμβλυθήcεται Aesch. Prom. 892 Mediceus (-υνθ- Dindorf reduxit apographorum auctoritate nisus) ἠμβλύθηcαν Joseph. B 7 390 V ἠμβλύθη 6 308 R ἀμβλυθέν Philo II 56 12 U opt. ἀμβλυθέντοc Themist. paraphr. in Aristot. ed. Speng. II 78 1 MV (-υνθ- Aldina) al.

quam sequente consona aut vitiose omissam[1]) esse nasalem aut temere intercalatam.[2]) Nam quod contrarium forte proferas ἀνα⟨γ⟩κα[ί]αις e volumine quodam anonymo nr. 176 O I 162, 70 9 in ἀνακαλοῦcι abiit papyro ipsa inspecta; de voce μεταλαβάνει *Iatr 24 20[3]) cf. supra pg. 66.[4])

Locum mutavit nasalis in Herculanensibus voluminibus nunquam, semel in Iatricis: καταcκνίδạτạι (i. e. καταcκίδναται) 33 27.

Proximum est ut quae sint nasalis fata in vocalium confinio brevi perstringam. Tota autem haec quaestio in eo versatur utrum geminata sit liquida necne. Nunquam enim omittitur inter vocales, id quod haud raro in Aegyptiorum papyris deteriore stilo exaratis[5]), multo etiam saepius apud hodiernos usu venit. Et consona μ vel simplex vel gemina iustum fere ubique obtinet locum, desunt vitia qualia sunt γράματα γεγραμένα (sed περιειλλημένων pro περιειλημμένων †cτ 13 9 ipse legi)[6]) vel κρέμμαcθαι τεταμμένοc (codicum haec sunt propria maxime inde a s. XIII—XIV). Ex Iatricis hoc loco adferri debet cκ[αμ]ώνεια 37 19 („spatium capit αμ, non αμμ, quae vulgaris sed falsa est scriptio" Diels) et cκαμωνε[ίαc in postica eiusdem voluminis pg. 76.

Inter ν et νν nulla ferme interest familiaritas[7]) praeter γενῆcαι *ευ 47 25. Quod si recte a Neapolitanis traditur, iam antiquis temporibus inter ea verba fluctuasse scribarum manum apparet, quae in libris recentioribus admodum infirmis sunt distincta finibus.[8]) Deinde ad singula si accedit examinatio, iustum in modum scriptum invenitur γεγανωμένον θ 13 10 γανώcεω[c 20 1[9]), ἐνεόν οι 14 12 ἐνεοῖc

1) cf. Mays. II 23—25: ἐ⟨γ⟩γραφόμενον, διε⟨γ⟩γυῆcαι, ἀνενενκά⟨ν⟩των, φρο⟨ν⟩τίcαι etc., τὴ⟨ν⟩ δίκην, τῶν διδύμω⟨ν⟩ λόγοc, τράπεζα⟨ν⟩ τῆc, ἔχει⟨ν⟩ δι' ἐμοῦ, ἐ⟨ν⟩ Μέμφει etc. Itaque eiusmodi vitia iam Lagidarum aetate admodum frequentia sunt in libellis negligentioris scripturae, multo tamen plura e recentiorum temporum papyris tibi conquisiveris.

2) cf. Mays. II 26—29: ἀντίγρα⟦μ⟧φον, προcτα⟦γ⟧χθῇ, περιπα⟦ν⟧τοῦντει, τηλικού⟦ν⟧των. Verum non legendum θεοῦ μβούληcιν PLeid U 4 19 (II[a]), sed θεοῦμ (i. ac θεῶμ) βούληcιν.

3) ἀντιλαβανομένου PDresd 2 3 (162[a]); cυλλαβάνοντεc Joseph. Ant. 3 18 O, cυλλαβάνοντοc Eutoc. in Archim. ed. Heib. 2 10 cod., ἀπολαβάνοντεc Hero Byz. poliorc. ed. Wesch. 238 19 cod.

4) Ceterum de nasali adulterina cf. Diet. 92 sq., de papyro magica DPM quae editor ipse sub finem composuit. Nominatim gentilicii cuiusdam hoc loco meminisse iuvat: Βρεντανικόc pro Βρετ(τ)ανικόc frequens est scriptura s. III ineunte, cf. BU 223 13 (210[p]) 145 22 356 3 (213[p]) 321 322 336 (216[p]) PGrenf II 97 7 98 20 (211[p]) al.

5) cf. Mays. II 26: οὖ⟨ν⟩ αὗται, ἐπιδιελεῖ⟨ν⟩ ἑκάcτωι etc. At nusquam mediis verbis nasalis intercidit.

6) cf. Mays. II 29 sq. (ἀντειλημένοc, γραματεύc, ἔρρειμαι etc.).

7) ΤΟΝΚΟΙΝΟΝΛΕΓΟΜΕΝΟΝΟΥΝ (N supra ΟΥ scriptum) ρ I 189 22 nisi librarium somnianter de particula οὖν cogitasse statuas ad ea spectat, quae de titulorum ἐναυπάκτῳ disputat GMeyer Gr.[3] 364.

8) cf. cummaxime ind. verb. s. γένημα. Nam in eius generis vocibus (γένημα, γενηματογράφοc, γενηματογραφέω etc.) Aegyptiorum papyri geminatam consonam praeter communem morem uno consensu respuunt.

9) Raro duplicatur liquida in voce γαννόω (προγαννοῖ Philo I 132 8 v. l. γαννωθεῖcα II 181 15 G det.), quod vitium multo facilius in vicino verbo γάνυμαι

θδ 174 39[1]), ἐνε̣[ν]ήκ[ο]ν̣τ̣[α ст O II 309, 48 4 ἐνακισχιλίων αι 276 14[2]), contra recte geminatur liquida in his: ἐννέα p 1647 19 4[3]), Πελοποννήσωι Ακ 11 5 ai 12 2 ai.[4])

Inde a nasali expedita patet via ad ceteras liquidarum ordinis consonas, λ dico et ρ. Illam prius inspiciamus. Verbo θρυλλεῖν quemadmodum usque ad novissima tempora edere soliti sunt viri docti, altera nunc vulgo detrahitur liquida recto grammaticorum iudicio cui suffragantur papyri: θρύλους p 1786 1 12 θρυλῶ Є p 1191 WS I 31 109 θ̣ρυλῶν πτ 5 10 θρυλεῖν πα 14 2 τεθ]ρ̣υ̣λῆσθαι ρ II 185 fr 7 τεθρυλη[Φ p 1025 X^2 134, 23 15.[5]) Deinde vocis φάκελος (fasciculum) nonnunquam amplificari liquidam inter nota est, sed recte habes φακε̣λω̣ν̣ ρ I 74 21[6]), pariterque iusta est scriptura ὑάλινα 39 3.[7]) Vitiose vero

---

invenies, velut γάννυται Philo I 53 77 libri (excepto M optimo) γαννύμενοι Clem. Al. Paed. 350 14 P^1 γάννυσθαι Iul. ed. Hertl. 108 17 125 17 codices, delevitque ultimus Themistii rhetoris editor GDindorf saepe alteram litteram nusquam quantum equidem video codicum usus auxilio.

1) Forma ἐννεός quae crebro illata est in libros studiis renascentis graecitatis inde a s. XII—XIII (apud Atticos inveni ἐννεῶν Aristot. de sens. 437^a 16 codd. nonn.) diu apud nostrates legitima videtur esse habita, et vel LDindorf in scholiorum Homeri recensione ἐνεός in ἐννεός mutavit, cf. schol. A I 186 25.

2) ἔνατος BU 434 1 (169^p) 697 1 (140^p) PGrenf II 66 3 (9^p) 86 1 (145^p) 84 5 (II^p) alibi ἐνενήκοντα PLond II 202 16 (90^p) BU 544 5 29 31 (II^p) RevEg III 168 14 172 5 (VI—VII), sed vitiose ἐννάτης PLond II 327 58 (616^p) 333 9 (VI—VII) ἐννακόσιος BU 301 7 (157^p). Libri saepissime vocibus ἔνατος ἐνενήκοντα alteram addunt nasalem, cf. WSchulze qu. ep. 160 adn. ἐννάτῳ Lucian. v. h. 1 40 A ἐννάτου Philo III 90 22 93 1 4 AFH al. ἐννενήκοντα Andocides I 92 AB (libri) Philo I 161 25 III 186 29 189 17 al. Pro ἐνάκις posteris temporibus ἐννεάκις dictum (cf. Thes. III 1111^a, ἐνάκις Nicom. Geras. ed. Hoche 32 10 PG ἐννεάκις CSH), sed ἐννάκις infimis relinquamus.

3) Et sic plerumque Aegyptii, velut RevEg III 181 19 (VII^p) sed ἐνεήα (!) Wien Stud IV 177 181 (68^p).

4) Χερρόνησος at Πελοπόννησος Προκόννησος Ἀλωπεκόννησος tituli Attici ut exponit Meisterhans^3 97. In libris magna est varietas; sunt qui falso Χερόννησος scribant ut Patmiacus optima Diodori memoria 13 49, alii quamvis diligenter exarati Πελοπόνησος praebent velut Πελοπονήσῳ Πελοπονησίους Polyb. I 42 1 II 37 9 A.

5) Apud Aegyptios unum adhuc in hac re emersit exemplum: θρυλησθέν[τω]ν (!) PPar 63 IX 45 (165^a); Strabonis editio Krameriana scribit θρυλεῖν sine v. l. 147 150 172 199 224 269 273 284 II 73 Kr. 356 Cas. 373 376 426 437 513 537 581 764, servavit rectam scripturam unus D 498 505 555 607 614 651 706 714 756, nil video subscriptum his locis: θρυλλοῦσι 376 θρυλλουμένη 429 θρυλλοῦσιν 519; Diodori codicibus semel tantum se insinuavit vitiosa geminatio, cf. Vogel I LII. Atque quemlibet si adieris auctorem in quo utrumque testificatur supposita varia lectio veram scripturam a probis libris, a malis falsam cognosces commendatam. Ut in uno exemplo consistam, Damascii codex s. IX—X scribit θρυλουμένη I 98 11 Ruelle, θρυλλουμένη placuit apographis. Et quod dicit Eustathius ad Μ 396: θρυλλῶ· ἡ δὲ πλείων χρῆσις δι' ἑνὸς λ̄ οἶδε γράφειν examinatis libris s. XII vel XIII recte observatum esse videbis. Nam Planudis demum Moschopulique doctrina veterem scribendi rationem radicitus videtur sustulisse.

6) cf. e. g. φάκελλον Aen. tact. 78 3 Hug codex et edd. Inter onomasticorum auctores habent φάκελος Hes. et EM., φάκελλος vero Suidas identidem.

7) Peccant in hoc vocabulo hinc inde recentissimi, ut ὑάλλινος Callisth. ed. Meus. 2 38 ὑέλλου Herodot. 3 32 C (mg.) d ὑέλλινος Callisth. ed. Meus. 2 38 Luc. v. h. 2 11 𝔄 ὕελλον Alex. Aphrod. in Ar. met. 588 40 AL ὑελλουργούς ὑελλουργῶν JNicole, Le Livre du préfet 71 (codex Iuliani Ascal.).

alterum λ si VH perlustramus perraro omittitur et praeter Μαλώτης †Ακ 36 2 (sic ipse legi) nonnisi in verbo ἀλλάττω: ἐνηλα[γμ]ένον *ευ 20 20 ἀπαρα|λάκτου[c *μ 64 1 (sic certum esse videtur), cf. ἐνηλαγμέ[νως *Iatr 17 42.[1]) Plura committit Iatricorum librarius: ἀντιδιαστέ|λοντες 1 19 cυστέλονται 29 3 cυστέλ^{λ}ονται 5 cυστε^{λ}|λόμενοι 20 μεταβάλ^{λ}ειν 24 28, tum ἐνηλαγμέ[νως 17 42 quod paulo ante memoravi.[2])

Transeo ad eas voces in quibus recto modo consona de qua agitur geminatur. Regis Sardanapalli nomen cum olim per λ scribere solerent editores nunc amissam alteram liquidam recuperavit titulorum meliorumque codicum testimoniis exploratis, ad quae accedit Cαρδανάπαλλον ρ II 278 fr 18.[3]) Pariter certatum est de voce βαλλάντιον, sed vicit plenior forma novo nunc adminiculo stabilita: βαλλάντι[α ρ I 354 11.[4]) Ne quid taceam, verbum γρυλλογραφεῖν ρ II 297 14 his adiungendum est.[5])

---

1) Iam in papyris aevi Lagidarum habetur cυνάλαγμα PPar *65 5 10 (II^{a}), cf. ἀπαλάξω PLond II 293 13 (346^{p}) et e titulis ἀλάξαι BCH XVI 584 23 (Mantineae, dial. Arc.) ἀλάξας XVIII 58 (Hyampoli s. II—III) τετραλάccον Edicti Diocletiani 28 61 62 66. Similia in quovis fere codice facile offenduntur modo paulo sit indiligentius confectus. Paucis rem illustrabo. Liber ille celeberrimus, qui Hippolyti refutationem haeresium servavit, scribit ἀπαράλακτος 202 17 240 43 344 93 250 16 512 24 διαλαccόντων 124 34 ἀπηλάττετο 218 59 ἐνδιαλάccουcι 486 59 διαλαχθῇ 488 97. Ad lectionem Epiphanii codicis Ienensis s. XIV μετήλαττεν III 130 11 ed. Dind. adscripsit editor „vitio in verbo ἀλλάccειν frequenti quod non ubique notavimus". Accurate quoque scripti codices ab hac parte haud raro volgari labe sunt infecti, sicuti e. g. Longini Parisinus s. X sibi permisit παραλάττει 23 20 (παραλάτει 24 32 mg.) ἐναλάττειν 58 12 Vahl.

2) Pariter peiores Aegyptiorum librarii multis locis peccaverunt, cf. Mayser II 18 sq. (ἄλος, ἀλά, ἀνατέλειν, ἀντιβάλειν etc.).

3) Cαρδανάπαλλος PPar 2 (Chrys. ?) II 6 10 14 18. Quo melius quantopere veram rationem retinuerint libri possit cognosci, plura subscribam. Cαρδαναπάλλου Herod. 2 50 ABCP (-άλου R) Polyb. VIII 12 2 cod. XXXVI 7 6 Peirescianus, Cαρδανάπαλλος sim. Nicol. Damasc. FGH III 358 359, in Diodori bybliotheca codex D omnium praestantissimus solus favet geminatae liquidae, cf. Vogel ad II 21, Cαρδαναπάλλου Str. 671 672 Cαρδανάπαλλος 672 libri excepto C Cαρδαναπάλλου 737 CF (-άλου D), neque apud Dionem Chrys. vera scriptura plane interiit, cf. 3 72, denique Cαρδανάπαλλος saepissime est in Luciani libris (-αλος non aeque defenditur), cf. v. l. ad Dial. M. 2 1 20 2 21 Menipp. 18 Iup. ref. 16 Iup. trag. 48 rhet. mag. 11 Char. 23 de dea Syr. 40, tum in memoria Athenaei (XII 528^{f} bis) Clementis Alexandrini (Paed. 381 19) Syncelli chronographi (387 6 446 7 ed. Bonn.) Chronici Paschalis (68 15 ed. Bonn.).

4) Haec vox apud Aegyptios adhuc nondum est reperta, sed recte exhibet charta s. XII^{p} βαλλάντια, Cusa dipl. I 411. De Platonis libris disserens tradi λλ monet Schanz vol. VII VII firmarique hanc scripturam fragmento quodam Simonidis Cei (B^{4} 180) et Arist. Ran. 771 recepta Lachmanni correctura. Similis est res de Novi Testamenti testibus, cf. Blass Gr. 11 Schmiedel 55 adn. 51. Sunt quae his addi velim: βαλλάντιον Gr. Lat. IV 579 44 βαλλαντίων Lucian. dial. m. 11 4 ΓΩ (βαλά- Ψ A) βαλλάντιον Athen. III 98^{d} A (βαλά- Epitome) Anachars. epist. 6 p. 103 39 L Clem. Alex. str. II 334 10 ed. Dind. (βαλά- 310 3 383 21) Theognost. can. 21 22 βαλλάντια Plutarch. Luc. 35 A Crass. 32 A^{1} (ἐκ βαλλαντίου Nic. 4 A in fr. Teleclidis) Herodian. ed. Mend. 137 21 g opt. Philostr. AT 53 13 ed. Tur. cod. 2 βαλλαντίδιον et βαλλαντιοτόμος Gloss. Laodic. 68. Sed βαλαντιοτομεῖν Xen. Mem. I 2 62 omnibus libris defenditur, qui tamen mediocris sunt aetatis.

5) Discernendum esse inter γρύλλος· ὀρχήματος εἶδος et γρυλίζειν, γρυλισμός· ἐπὶ τῆς τῶν χοίρων φωνῆς docet Phrynichus BA 33 1. Illae voci nusquam videtur

Protinus aperta vitia[1]) θαλλά[τ]τιον ρ I †98 23 θάλλα[τταν II *211 23 ο (ΘΑΛΑ....n)[2]) περιειλλημένων (= περιειλλημένων) †cτ 13 9.[3])

De vicina consona ρ dicturo nonnulla praemittenda videntur de familiaritate, quae inter liquidas λ et ρ in sermone quidem volgari saepe deprehenditur[4]), abest vero Epicureorum libris. Nam illud verbum de quo nunc agam iam antiquitus videtur habuisse binas formas: γαρ]γαλ[ιcθ]ή[cεται ρ II 143 12 γαργαλίζεcθαι π 994 O II 401, 105 16 γαργ]αλίζειν π IV^2 176, 78 6 γαρ]γαλίζοι π VII^2 123, 47 8 γαργαλιcθῆναι π X^2 3, 3 7 (γαργα[λιζό]ντων μ 37 7), cf. γαργαλιcμόν p 1678 13 1 γαργαλιcμοὺc cώματοc in verbis Epicuri a Cleomede II 1 notatis (89 33 280 8 20 Us.).[5])

---

subtrahi altera consona, quam hic plerumque mendose addunt librarii. Rectae scripturae exemplis a Lobeckio prolatis adde ὑπογρυλίζοντα acta Thomae ed. Bonn. 45 23 P (-υλλ- R) χοιρογρύλιοι LXX Paroem. 24 61 Vat. (χοιρογρύλλου DPM 12 28 bis) χοιρόγυλοc (sic) CGlossL III 431.

1) Perperam μάλλιcθ' ὁ[μοι]οτάτων editur c 18 19, cum papyrus ipsa a me examinata ΜΑΛΙCΘ praebeat. Quamquam μάλλιcτα (quod a voce μᾶλλον alteram accepit liquidam) iam antiquitus in libris extitisse papyrus probat Isocratis Massiliensis s. I—II: μάλλ(ε)ιcτα Nicocl. 12 14 17 21 (cf. BKeil Herm. XIX 619) ceteroquin haud indiligenter scripta. Et sic etiam alibi frequentissime legitur, cf. μάλλιcτα Prisc. III 336 21 (Keil) N 348 20 M Philo quis her. 185 2 *pap. s. VI Xen. Cyr. I 4 28 A Anab. V 1 23 G Apoll. Cit. 17 10 ed. Schoene *cod. Strab. 755 *F Dio Chrys. 4 27 42 10 7 12 25 26 77 *P Joseph. A 9 34 O 15 343 355 L Lucian. imag. 7 Vat. 1324 Alex. Aphr. de mixt. 224 4 AB Acta Andreae ed. Bonnet 48 9 F Acta Thomae ed. Bonn. 5 11 F 46 18 R Hippol. ed. Berol. I 1, 132 16 cod. Cram. Anecd. Par. I 24 Simplic. in Ar. phys. 595 30 F de cael. 171 3 A 256 11 318 25 E^1 Philop. in phys. 95 1 352 29 *K 425 10 24 632 6 M Aspas. in Eth. Nic. 10 22 21 3 40 4 93 12 159 12 N 97 1 Z Choerob. in Heph. (Stud. Anecd. I) 81 24 libri 50 12 51 19 58 2 U Geopon. X 64 4 L. Contrarium vitium ostendit μ]ᾶλο[ν Єκη 9 2, at valde dubitare licet an locus ille recte interceptus intellectusve sit; certissime vero legitur μᾶλον PPar 63, 9 43 (165^a).

2) θάλλατταν ex lapide quodam Oropeo attulit GMeyer Gr.^{3} 377, accedat θάλλαccαν ex Auli Gelli memoria X 7 1 ἀθάλλαccον DA 204 3 (IV^p) θαλλάccῃ PLeid X 12 42 (III—IV) θάλ|λαccαν pap. ev. Petri 10 13.

3) cf. etiam Mays. II 17 sq. (ἔλλαττον, κατακολλουθεῖν, ἐνκολλαπτωμένων etc.).

4) cf. WSchulze KZ 33 222—233 235 GM^3 325 Diet. 107 125; quae e papyris collegi supra s. I p. Chr. non ascendunt: ἀλούραc CPR I 1 34 (83^p) ἄρου]λαν BU 446 7 (158^p) ἱμιαλούριον BU 409 6 (313^p) ἡμιαλούριον CPR I 170 27 (I—II) ἀλαβῶν BU 446 20 (158^p) φόλετρον φόλετρα φολέτρων BU 241 11 (II^{pf}) 605 15 24 (163^p) 697 24 (140^p) CPR 47 7 (II—III) 227 17 (151^p) κα]θαλοῦ PLond II 99 11 (11—15^p) χαλακτῆραc DA 203 24 ἠλμένοι BU 435 6 (II—III) Ὑπερβελεταί[ου BU 174 2 (7^p) cυνcφαγλῶ (= cυνcφραγιῶ) 86 44 (155^p) Κραυτίου Κρατίου (= Κλαυδ.) BU 713 1 42 ἀλλήρου ἔνγυ (= ἀλληλεγγύου) 35 (41—42^p) al. In vocem κλίβανοc consentiunt papyri [κλιβάνου PGrenf I 46 14 (126^a) BU 34 V 11 (II^p) κλιβαναρίων W 1889 147 2 (byz) pap. Philonis 186 26] et Strabo [κλιβάνοιc 721]. Apud Oribasium constanter alternare vidi codices inter κρίβανοc et κλίβανοc, cf. ad I 19 11, verum illa in his libris ratio potior esse videtur, haec in Galeno (de victu att. ed. Kalbfl. XXI). De voce cικυήρατον cf. ind. verb.

5) De forma primigenia γαργαρίζω (cf. βατταλίζω e βατταρίζω ortum infra pg. 86) quae ubicunque tradita est utique praeferatur oportet me quidem iudice v. GM^3 391. Praeter Cebetis tabulam (γαργαρίζῃ 9 1 M -λίζῃ cett.) S. Nicephorum (Pitra Spicil. Solesm. IV 263 35 ὑπογαργαρίζονται E) Scylitzam (γαργαρίζων Scylitzae codex Cedr. II 148 12) consonam ρ apud medicos solum deprehendi: ἀναγαργαρίζειν Hippocr. VI 212 libri ἀναγαργαρίζεcθαι VIII 366 θ (-αρίζειν DQ^{1}I -αλίζειν cett.) ἀναγαργαριcτοῖcι VI 212 θ bis (altero loco ἀναγαργαλίκτοιcι cum ceteris libris Littré, altero διαμαcητοῖcι, ubi codex E ἀναγαργαλίκτοιcι) γαργαριcμόc Aret. ed. Kuehn

Iam quae de littera ρ dicenda sunt, magnam partem ad vocabula spectant composita, quorum alterum membrum ab illa consona incipit. Singula formarum genera transcurram:

ἀρρή[κ]τωc *θ 39 19, ἄρρητον †πα 11 21 *ορ 23 26 †πβ̄ 274 23 (ἀ|ρή-των †β 9 31 modo integer sit locus), ἄρυθμος ρ II *135 31 ἀρρ[υθμία μ 6 11 7 11 ut vid., ἄρρωcτοc *M X^2 73, 4 2 p †1643 XI^2 133, 1 6 ἀρ-ρωcτία *ορ 10 21 *Στ 40 10 p *1041 X^2 143, 5 19 θ? XI^2 †42, 23 9 ἀρρωcτεῖν *Iatr 4 3 ἀρρώcτημα 3 17 29 32 33.[1])

αἰcχρορημ[ο]cύ[νη]ν ρ I *177 14.

ἀναρραγεί[cηc *ευ 30 13.

ἀν[τ]ιρρήcειc c †7 6 ἀντιρρήcεωc 11 20 ρ I †384 10 ἀντιρήcεωc ρ II †229 1 *288 11, ἀντιροπάc p *1055 VI^1 18 11 (sic legit Scott in papyro; ΑΝΤΡΟΠΑC n).

ἀπορρέοντα *Iatr 34 5 ἀπορ(εῖ) 26 41 ἀ]πορεῖν 48 f[2]), ἀπόρρητον *ορ 25 20 †κ VIII^2 4, 5 7 p *1788 VIII^2 59, 4 3, ἀποριπτεῖν *μ 36 8 †υ 8 10 π XI^2 *162, 9 21, ἀπορύπ[τειν p †353 OII 330, 68 15.

διαρρήδην *ευ 89 4 †κ I^2 3, 2 2 †χ 15 14[3]), διαριπτεῖ *ορ fr 2 10, [δι]αραγείηcαν πα fr 54 8, δικοραφο[ῦντεc ρ II †144 fr 1.[4])

ἐν non assimilatur, cf. supra pg. 59.

ἐπιρρεῖ[ν †οι 26 40 ἐπίρηcιc ρ I †31 4 II †55 4 ἐπιρρήcεcιν *ευ 104 12, προcεπιρητο[ρεύειν †υ 11 29, ἐπιριπτεῖν †πα fr 39 2, ἐπιρρώνυνται †φιλαργ VII^2 192, 3 4 ἐπιρρωνύντεc *ορ 31 20 ἐπιρωννύειν *μ 48 4.

εὖ recte non admittit geminatam liquidam: εὔρυθμοc μ 30 11 53 21 εὐρυθμία ρ II 253 π XI^2 161, 8 18, εὔροιαν Iatr 6 17, εὐρώcτων 28 27 εὐρωcτεῖν ευ 6 8.[5])

---

16 8 29 12 H (-αλι- GV) γαργαρίζειν Galen. ap. Orib. II 609 6 C (-αλ- cett.) γαργαριcμόν Alex. Trall. ed. Puschm. II 153 libri 149 L (-αλι- cett.). Verum cum Epicureis alii faciunt philosophiae auctores, velut γαργαλίζω et γαργαλιcμόν habet Aristoteles (cf. Bonitz s. v.) γαργαλίζειν Plutarchus undecies γαργαλιcμόc quinquies (cf. lex. Wyttenb. ed. Lips. p. 180) γαργαλίζειν Sext. Empir. 113 9. At plane ignorant consonam λ litterae Latinae, in quibus gargarissare inde a s. I^p in usu est, maxime autem apud Celsium et Plinium, cf. etiam gargaribis Miscell. Tir. ed. Schmitz 63 6 gargarizat 63 17 18 22 67 12 15 24. — Γαγγαλίζω vero quod maluit Phrynichus 97 Lob. praeter Lexicographos (γαγγαλιῶ· γαγγαλίζεcθαι, ἥδεcθαι Hesych. γαγγαλίζω EM 219 25) Geoponicos (δυcγαγγάλιcτον XVI 2 FL, -γαγά- H, -γαργά- M; Pelagonius est) Glossas Latinas (gangalison gangalizo gangalisate gangalizamen egangalesan CGL III 419 e cod. Lugd. s. VIII—IX) quos locos dudum Hemsterhuis et Lobeck indagarunt, non videtur aetatem tulisse. Meminerimus denique in voce γαργαλεών nusquam variari; contra Gangaron (i. q. Gargara urbs Troadis) cosmographus Ravennas scribit 108 6 Pind.

1) ἄρρωcτοc constanter in sacris libris, cf. Blass Gr. 11, ἄρρητοc DPM 5 31 ἄρρητον 7 26.

2) ἄρρηκτον ἐρρηγεῖα sed ἀποροαί tabb. Heracl.

3) διαρήδην nondum legi praeter Aristid. ed. Dind. I 233 in libro L.

4) de voce νευρορ(ρ)άφοc cf. Schanz Plat. vol. VII vii; φορμοροφίδα (!) φορμοραφίδοc φορμοραφίcι φορμοραφίc Aen. tact. 369 11 12 16 ed. Hug codex.

5) Alteram consonam perperam illatam non vidi fere ante s. XIII vel XIV (Εὐρύθμωι BU 748 II 7 aet. Neronis), ut εὔρροιαν Alex. Aphrod. in Ar. top. 93 9 B s. XIII—XIV εὔρροον Eurip. Hec. 650 BG Hippocr. VIII 28 I εὐρρώcτωc Xen. Hell.

εὐθυρρημο[σύνη ρ II *281 fr 6.

κακόρυθμος ρ I *162 1 *163 9 π XI² *161, 8 16.

καταρρέπον *Iatr 32 16, κατάρρους 8 40 19 32.[1])

μεταριπτεῖν †υ 10 35, μεταρυθμίζειν Є p *1191 WS I 30 82 (idem fuisse videtur in altero volumine VI² 66, 9 2).

ὀπισθόρροια Є X² *97, 3 15 (lexicis inserendum).

παρρησία παρρησιάζειν παρρησιαστής φιλοπαρρησιαστής[2]) solita est scriptura in libris Epicureorum (maxime in voluminibus πα ορ κ), sed παρησιά[σθω ρ I *102 28 (locum denuo conferendum esse censeo).[3])

προρέον[τος †πβ 2 4,[4]) προρήσε[ως ρ I †31 2.

φιλορήτορες ρ II †218 15 *302 3.

ψευδορήμονα †πβ 41 5.

Subsequantur quae de augmento vel reduplicatione necesse est memorari. Singula haec sunt: ἐρρήθη *μ 15 19 81 19 ἔρρι[ψ]εν †πβ 75 3 ἔρρεπεν *Στ 62 3 — ἐ|ρητόρευον ρ I †27 8 ἐπεράπιζον †υ 16 28, ἐρρίφθαι ρ I †57 11 προσερρειμμένων II *94 3 (προσ[ερ]ριμμένων alt. apogr. †129 7) προσερρίζωται *Iatr 6 19 cf. 20 23 27 ἀπερρυηκέναι *μ 96 36 ἐρρυσασμένον X p †307 VIII² 192, 14 29 ἔρρωσαι M X² *78, 15 5 ἐρρῶσθαι †υ 17 18 ἐρρωμένων †πβ 38 3 — κατεραμμένον (ῥαίνω) *Iatr 22 29.[5]) Hac in causa quam nihil efficitur proborum malorumque librariorum distinctione in aperto est. Missis enim locis dubiis vocibusque cum particula εὖ conflatis 16ies videbis a diligentioribus hominibus geminatam liquidam 15ies simpliciter positam, at ex altera parte gemellam consonam 34er semel exaratam 17ies.[6])

Egerunt de tota quaestione inter alios GMeyer Gramm.³ 239 Blass KB I 270 Meisterhans³ 95 Schweizer 124 Mayser II 19 Solmsen KZ 20 350. Quae docent VH, non abhorrent a communi illius aetatis usu. Etenim in volgaribus papyris tertio a. C. saeculo rarissime scribitur simplex canina, e. g. ὀξύρριν κατάρριν frequenter in papyris Mahaffianis occurrunt, ἔρρειμμαι

III 3 5 CF² εὔρρωστος VI 1 6 B εὔρρυθμον Sophon. paraphr. in Ar. de an. 89 7 AC al. Item falso exaratum χαμαιρριφῶν in scholiis Homeri Genevensibus II 67 7 Nic. Etiam in nonnullis vocibus compositis quorum prior pars vocabulo ὀξύς constat obtinuit simplex liquida, ut ὀξυρεγμία (solum ὀξυρρεγμίη Hippocr. IV 562 D¹ qui nullius est pretii) et Ὀξύρυγχος Aegypti nomus (sic vulgata est lectio, quam sequuntur papyri et Strabo 823). Nescire vero me fateor quidnam Dindorfium impulerit ut in voce φιλορρώμαιοι apud Agathiam 229 18 alteram tolleret litteram ρ.

1) καταράκτης absque v. l. fertur apud Strabonem 38 238 786 787 788 καταράκτην 531 DF (-ρρ- C) καταράκτας 729 DF (-ρρ- C) καταράκτας 740 F (-ρρ- cett.) καταράκτην 818 E (-ρρ- cett.) cf. 817, verum καταρράκτην ὄμβρον omnes 640; simplicem consonam retinet Kramer libris cedens.

2) φιλοπαρρησιασταί πα 16 20 add. lex.

3) παρησίαν PPar 63 VIII 7 (165ª) Παρησία CIG IV 6829; παρησία nonnumquam ostendunt codices sacri, cf. Blass Gr. d. N. G. 11 Schmiedel § 5 26ᵇ.

4) Ut evadat iustus versus scripsit Hausrath τοῦ] μέν ⟨τε⟩ προρέον[τος ὑπ]ὸ ψηφῖδες ἄπα[σαι ὀχλεῦ]νται. Quid si temptes τοῦ] μὲν προρ⟨ρ⟩ε⟨ι⟩όν[τος κτλ.?

5) ἔ]ρρωσο EOe 25, 1 7 ἔρρωσθε 26, 2 7 at περιρεῖν 31 4.

6) Cum tota quaestione arcte cohaeret μισθῶι ἐ]πὶ ῥητ[ῶι ευ 34 17 (Φ 445), de quo cf. in praesentia WSchulze qu. ep. 44.

PPetr II 60 5 (ca. 250^{a}), καταρραγῆναι II praef. 31 (III^{a}) al. (sed ἀποριφέντα PLond I 61 23 [III^{a}] ὀξύριν PPetr I, XX 1 10 [225^{a}]), inde magis magisque intercidit altera consona, cf. e. g. ἀντίρηcιc PTor I 42 35 (116^{a}) διαρεῖν ἀπορεῖν Eudoxi papyrus vs. 324 328 (II^{am}), sed multo illam magis neglexit Romanorum aetas, velut ἀναπόριφον saepe scribitur in emptionum pactis[1]), melius tamen restitit vetustior consuetudo in epistularum clausulis ἐρρῶcθαί cε εὔχομαι vel ἔρρωcο ἔρρωcθε.[2]) Et habet omnino quod ex Epicureorum quoque libris colligimus firmiorem locum geminata consona in verborum temporibus praeteritis quam in compositione. In Aristotelis volumine non inveni ρρ, at ἰcόροπα 42 18 προρηθεῖcιν 46 9 Bl.^{2} Ea quam hodie sequimur in scribendo ratio ut in libris restitueretur Byzantinorum opera effectum est maxime eorum, qui a Planudis eiusque sociorum doctrina profecti libris curam impenderunt. In antiquissimis scriptorum sacrorum monumentis nulla in hac re est constantia si pauca vocabula excipias veluti ἄρρωcτοc (cf. Westcott-Hort app. 148 163), ex aliis scriptoribus mihi selegi tres. Luciani memoria tot habet simplicis liquidae exempla[3]), ut inde nisi manus ipsius scriptoris, temporis saltem illo non multum recentioris consuetudo effulgeat. Ut enim taceam de verbis compositis velut καταρίπτοντεc de hist. conscr. 7 Γ Harl. ἀποραγείcηc 8 10 Γ non desunt quae ex verborum declinatione huc trahenda sint: ἔριψεν de hist. conscr. 12 Γ^{1} ἐρητόρευ(c)ε 26 A𝔄 ἐρύθμιζον 51 A𝔄Γ ἐρικνοῦτο Lex. 8 𝔄 ἔριπται dial. m. 20 2 Ω ἔριπτο Men. 17 𝔄 ἐραψώδειc 1 𝔄C al. Theophylacti (s. VII) historiarum codex (Vat. 977 s. XI—XII) servavit παραρεῖ 70 18 περιρεόμενον 80 2 καταρίπτειν 113 23 περιρεόμενοc 155 21 ἀναρίπτειν 219 3 περιρεμβεῖν 229 25 ἀπορύψαcθαι 270 21 ὑπορεμβόμενοc 292 26 etiam κατεριμμένοc 156 3, utque extrema tangam, illustrissima Anna Comnena (s. XII) si incorrupta refert codex scripsit ἀραγεῖc II 32 4 ἀμφιρεποῦc 118 8 ἀπορυΐcκονται 245 8 ἐρίφθω 313 23 ed. Reiff. Editoris in hac causa officium in eo positum est, ut in alias codicum scripturas cuiusnam sint pretii inquirat et totam auctoris indolem respiciat. Qui anxie ad Atticorum mores orationem suam conformat, gemina consona non fraudandus est, sin aliter, codicum testimonia sequare.

Vitiose gemella consona ρ nusquam quod sciam traditur[4]), nam ἀπαρραλλά[κ]των c 22 3 editoris est mendum in addendis correctum. Deinde Με[ν]εδήμου δὲ [τ]οῦ Πυραίου Ακ 7 3 Neapolitanorum negligentia procreavit cum verius Oxonienses ΠΥΡΡΑΙΟΥ servarint (et sic ipse legi), cf. Πυρρα[ῖο]c ib. 6 2. Seorsum memorari oportet τοὐροπύγιον ρ II 186 4[5]); vocem ἀρ(ρ)αβών ignorant VH.[6])

1) Verum ἀναπόρριφον BU 468 26 (150^{p}) PGrenf II 74 14 (137^{p}).

2) ἐρῶcθε (inf.) BU *432 II^{a} 4 (190^{p}) POxy I *119 16 (II—III).

3) Illum quod ad grammaticarum rerum minutias attinet minime certis verba sua circumscripsisse legibus iam in vulgus notum.

4) Neque labuntur reliquae papyri codicesve antiquiores (cf. e. g. silentium Mayseri II 20), sed studium illud Byzantinorum alterius litterae restituendae praeter εὔρροοc etiam alia introduxit, veluti ἀρράccω.

5) ἀραβών et ἀρραβών Aegyptiorum papyri, ut ἀραβῶνα PPar 58 14 (c. 160^{a}) BU 446 5 (149^{p}) ἀραβώνων 17 ἀραβῶνοc 18 (ἀλαβών 20 manus tertia) ἀραβῶνα 601 11 (II^{p}) PLond II 212 31 (166^{p}), sed ἀρραβῶνοc Ostr 1168 (II^{a}) PLond II 204 13 205 31 (97^{p}) ἀρραβῶνα 211 14 24 (166^{p}) 298 14 (346^{p}). Utrumque etiam in NT, cf. Schmiedel § 5 26.

6) Plura de hac voce monebo, ubi de consonis ρρ ρc res erit lib. IV.

Nonnumquam consona illa evanuit: ἱcτουγικήν *μ 24 6 ἀφθαcία[c *ευ 114 3 γέγαπται †πε̄ 12 17 (no) ψυχόν *Iatr 18 42 (cf. 16 2) ΗΛΕΚ$\overset{Ρ}{\text{Τ}}$ΑΝ π *IV^{2} 195, 98 12; verum τῶν ἀνδ⟨ρ⟩ῶν †πα fr 5 2 incertissimum esse duco.[1]

Huic vitio inversus litterarum ordo solet comitari alio loco illa liquida collocata, verum hac in re non peccant libri Herculanenses.[2]

Haec fere sunt, quae de liquidis mihi collegi. Inde pergo ad mutas quae vocantur consonas, de quibus antequam ad singula accedam pauca in universum disserenda. Et inter labiales quidem temere non fluctuant librarii[3]; quae autem in gutturalibus scribendis commissa sunt, duas in partes dividi possunt, quarum prior tribus exemplis consistit: ἀναγεκραφότων ρ II *105 fr 11 7 (n) λελεκμένα I *176 25 ΟΛΙ$\overset{\text{Γ}}{\text{Κ}}$Α †297 7, altera vero aspiratam in mediam conversam demonstrat: Ἵπ]παρκο[c †Ακ 23 10 (ipse legi) κέκρηται †αι 259 9 $\overset{\text{Χ}}{\text{Κ}}$ΕΚΡΗΝΤΑΙ †πα tab V pezzo 3 (at πειθαρκῆcαι fr 66 3 vitium est apographi) ἀποχρώντωc (χ ex κ statim correctum) *μ 67 13. His quatuor locis gutturali mutatae liquidam ρ vicinam esse haud parvi mihi videtur momenti.[4] Dentales

1) cf. GM^{8} 391 Meist.^{3} 83 Diet. 123 Mays. II 16; cυγγαφήν PPar pg. 174 5 (131^{a}) χυcοχοῦc PLond II 144 80 (III^{p}) ἀ(μ)πελουγῷ 334 10 12 (II—III), cτατηγική Onos. 21 4 AB. Similiter alii libri, ut Josephi belli Iudaici memoria: cτατηγῷ 1 236 C s. XI cφόδα 5 200 C^{1} Κλεοπάταc 1 367 A s. X—XI τεταρχούντοc 2 178 M s. XI—XII cτατεύειν 7 164 V^{1} s. XI. Ne nimium a proposito recedam, φρατρίαι Str. 746 et ἱππομαράθου 826 obiter attulisse satis habeo (cf. de his ind. verb.). Segregandum ab his vocabulum μικόc, de quo sub fine huius operis agendum libro VIII.

2) κάτοπτρον quoque scribitur θδ 160 5 6 al., cum κάτροπτον sat notum sit e titulis Atticis, cf. Meist.^{3} 81 [κάτοπτρον BU 717 12 (149^{p}) CPR I 125 6 (II—III)]. Ceterum cf. KB I 289 Diet. 110 Mays. II 22 (Ἀφορδιτοπολίτου, πόρcωπον, φορντίζειν al.), γαρφούcηc BU 80 25 (158^{p}) γαρφέcθω DA 181 8 A καρτῆρα 181 1 B δράκυα DPM 12 29 ἀδρομένων (= ἀρδομ.) pap. Philonis 170 13 ed. Scheil cφιργῶ[cαν 164 26, tum e libris κόθρονοι κοθρόνουc Herod. 6 125 R διετραφεύθη Joseph. B 5 150 L al. — De voce κότραφοc scripsit LDindorf in Thesauro ad verbum haec: 'Gramm. περὶ βαρβαριcμοῦ καὶ cολοικ. apud Cramer. Mus. philol. vol. 2 p. 109 [= 285 4 Nauck (Lex. Vind.)]: βαρβαριcμοῦ περὶ μετάθεcιν, εἴ τιc φαίη κότραφον τὸν κρόταφον καὶ δρίφον τὸν δίφρον. Quae non sunt exempli causa ficta: Nam et δρίφοc aliunde cognitum est et κότραφοc firmatur glossa Etym. Gud., quam in ἐγκρόταφοc memoravi. Ad eandem formam an revocandum sit quod H. St. supra cum lex. Septemv. posuit κόρταφοc, in medio relinquo.' Neque papyri neque Latini in Polybii reprehensionem incurrunt: κρόταφοc PGrenf I 76, 2 5 (II^{a}) BU 647 11 24 (130^{p}) CPR I 54 5 (II—III) WL 30 PLond I 70 161 162 (mag. s. IV) II 206 5 (124^{p}, cf. Class. Rev. 1898 435) Gramm. Lat. IV 380 64, at fertur in Pappi delectu κότραφον 1062 8 1112 11 κοτράφου 1112 1 (ed. Hultsch), quemadmodum optimi scribunt testes, tum κότραφον apud Heron. Byz. poliorc. 232 29 ed. Wesch. ἐκκοτράφηcαν in codice Hippolyti Parisino ap. Tischend. Anecd. s. et prof. 20 'kotrafoi tempora' CGlossLat III 525; cf. etiam GGA 1896, 241.

3) Plagulas dum corrigo, ῥοπωμένην Κω λυ 9 2 in ῥοφωμ. correctum video.

4) Praeterea recte ubique distinguitur inter κ et χ. Nam non imputanda veteribus novellorum peccata, quorum oculi propter ductus similitudinem persaepe sunt falsi. Plurima in hanc rem praebet papyrus omnium prima descripta: ὀκλήcειc μ 63 32 ἑ]χάcτωι 66 13 ἀχολαcία[ν 70 19 χαθελκόντων 73 29 ἀχηκ[ο]ῴc 76 13 ἐρ]ωτιχήν 78 14 χαί 84 13 χριτικήν 90 17 ὑπ̣οχρινομέν[ου 102 15 quae nemo primitus tradita esse putabit nisi insanus. Neque me movet ἵνα χαί υ 23 24 utriusque apographi suffragiis (no) defensum.

quoque miscentur: ΠΙΝ$\overset{Δ}{Θ}$ΑΡΟΝ *μ 99 28 ΠΡΩ$\overset{Τ}{Θ}$Η *Iatr 27 52 δοῦ 37 43 (tamquam τοῦ interpretatus est Diels). Porro calami potius quam linguae vitium esse arbitror quod ipse olim in papyro legi τά]χα δὲ καὶ ὑπ' αἰcχύνη[c] περιcτήcεθαι ('evitabit') τὸν cοφόν †πα 13 10. Non vero credo revera extitisse in papyro εὐπατῶν Є κη̄ 10 9 (sic n; ЄΥΠΑ¯ΩΝ o) quia non desunt quae nostra demum aetate illata esse in conspicuo sit: ΑΡΙCΘΟΝ πε̄ 9 17 n ΑΡΙCΤΟΝ o, ΜЄΤΑΠΘΩCΙΝ πλ 5 13 o ΜЄΤΑΠΤΩCΙΝ n. Etiam κἀνταῦτα μ 105 20 (n) delendum, cum dilucide praebeat papyrus ΚΑΝΤΑΥΘΑ, similiterque ἑθερότηc χ 1 7 (n) apographi legitur culpa (ЄΡЄ.ΤΗC ipse inveni).

Et profecto ΑΝΤΡΟΠΟΝ et ΚΑΤΑΠЄΡ scribendi consuetudinem mira ratione amplexus est CMalesci unus e Neapolitanorum grege, quem notavi in Mus. Rhen. vol. 53 595, neque gravioris esse ponderis existimo ΑΝΤΡΩΠΟC c 11 24 (no).[1]) Nam consensus apographorum in hoc volumine ita non valet ut ex his multisque aliis lectionibus quas facile comparabis examinato Gomperzii apparatu probabiliter colligendum sit vinculum quoddam inter illos testes — alioqui inauditum — intercedere eodem fere modo, quo duo p 1675 (κ) apographa Oxoniensia (VI 181—184 = 185—189) inter sese sunt coniuncta.[2])

Duae sunt voces, in quibus aspirata aut gutturali aut dentali se offert sociam, scilicet χύτρα: κύθρα = χιτών: κιθών. Illud vocabulum non legitur in VH, quam lacunam expleat κυθριδίου Є ap. Diog. Laert. 10 11 (Us. 156 17)[3]), in hoc assueta apparet scriptura: χιτῶνοc Є? X² 104, 1 2

1) At cf. de Gortyniorum ἄντροποc Baunack Recht v. Gort. 34.

2) cf. GM³ 272 sq. Schweizer 107 sqq. Dieterich 84 sq. Mayser II 5—13. Referta sunt vitiis Aegyptiorum acta. Atque maxime dentales confunduntur velut in Ptolemaei edicto (258ᵃ) ἐξέcθω 76 5 cυνταξάc$\overset{θ}{τ}$ω 47 13; de papyro DPM cf. index Dieterichii. Porro e Berolinensium corpore χαταβένω BU 380 17 τέχνον 19 τέχνα 22 ἐτολότην (ἐθολώθην) 10 πόβον 25 (IIIᵖ) γλυγύτερα 424 4 (II—III) διέκραψα(ν) 458 4 (220ᵖ) ἐνκύc 523 8 (II—III) Μητικοῦ 520 19 (172ᵖ) ἰαδρόc 630 II 26 (II—III) cυνπεπωνημένη⟨ν⟩ 416 5 (150ᵖ) Νύνπου 697 11 (140ᵖ) φροφῆτιc 458 7 (220ᵖ) χιρόγραπον BU 71 9 (189ᵖ) ἄφαντα CPR I 223 28 (IIᵖⁱ) ἀcπαλίcματα 601 7 (IIᵖ) al. Auctorum volumina ex Aegypto translata maiorem partem his vitiis vacua sunt, at saepe inter mediam et aspiratam dentalem errat Philonis papyrus s. VI: τεμελίουc 165 29 ed. Scheil cυ]νεζεύγμετα 161 4 φιλαυθίαc 162 15 λεγόμετα 164 22 ἀποτελεcτῶcιν 167 15 φαέτοντα 175 29 δυcτήρατον 179 12 ἐγκατίcαι 178 15 παραcθῆcαι 184 29 ἀcθεῖον 184 26, cf. ΚΟΜЄΙΤΗΝΑΙΟC (κομιδῆ νέοc) et δόξον in fragmento Metiochi et Parthenopae fabulae negligentissime exarato Herm. XXX 145.

3) cf. Hatzid. Einl. 161 Usen. d. hl. Theod. 192 sqq. Quod dicit illo loco Usener Epicurum forma Ionica usum fortasse ad amicum natione Ionem litteras dare, vix tibi probaverit. Nam κύθρα in volgarem sermonem decessit, cf. κύθραc PTebt I 112 42 47 75 (112ᵃ) κυθρόκαυλοc BU 40 11 (II—III) κυθρίδιον PLeid X (chem. s. III—IV) 13 21 32 (χύτραν ib. 11 10) κύθραν POxy I 155 4 (VIᵖ), quemadmodum multis locis scribunt codices: κύθρα LXX 1 Reg. 2 14 Vatic., Sap. Sir. 13 2 Sin. κυθρόποδεc Lev. 11 35 Vat. Sin. ἀπὸ κύθραc 1 Clem. ad Cor. 17 6 Alex. s. V κύθραc Aristot. probl. 20 9 CᵃXᵃ κυθροκαύλουc Joseph. A 8 35 MSP (et sic scribendum) ἐνκυθριδίῳ Galen. ap. Orib. II 278 14 κύθριναι Apollod. poliorcet. ed. Wesch. 152 12 M κυθροπλάθοc Pollux Z 163 cod. A κυθροπῶλαι ib. 197 C ἐπικύθριον (ἐπικτόριον cod. = ЄΠΙΚΥΘΡΙΟΝ)· τὸ πῶμα τῆc χύτραc Hesych. 'olla κύθρα' CGlossL III 24 369

χιτωνίcκο[υc op 17 10 τῶν χιτώνων Iatr 28 28 τετραχίτωνες 27 μονοχίτωνες 29 praeter ὁμοκίτων *Στ 4 8, quod tamen incertum videtur.[1])

Multifariam cum in Graecis litteris Britanniae insulae scribatur nomen, Philodemi manum non parvi aestimandam esse censeo: ἐν τῆι Πρεταγγικῆι (sic ipse legi; Π[ρετ]τανικῇ falso Gomperz) c 5 35.

Libros circumspicienti ascitis eis, quae GDindorf (Thes. L. G. II 491^{cd}) KMueller (Geogr. min. I 516 sq.) Huebner (Realenc. III 860 sq.) exposuerunt haec ferme de illa voce dicenda videntur. Solitam tenuem exhibet antiquissimorum qui quidem insulae istius mentionem fecerunt auctorum memoria: Βρεττανικῶν νήcων Polyb. III 57 Βρετ(τ)ανικαί Βρετανικάc [Aristot.] de mundo 393^{b} 12 17. Sed duriorem ponit labialem Diodori Vindobonensis in libro quinto (ceteri βρε-). In Strabonis geographia haec fere animadvertuntur: Πρεττανίc Πρεττανική libris AC nititur (nusquam teste B vel epitomis) II 114—116 III 176 IV 189 (190 Πρεττανικῆc solus C) 193 194 198—201, sed uno consensu traditur tenuis I 63 64 II 72 75 93 129 III 147 IV 193. Hic attendendum est obsoletiorem illam scripturam a libris AC in Pytheae expeditionis narratione (II 114—116 IV 198—201) constanter defendi, quem virum huius scribendi rationis auctorem fuisse facilis sed incerta est suspicio. Tum Stephanus Byzantius s. v. Βρεττία haec affert: καὶ ἄλλοι οὕτωc διὰ π̄ Πρετανίδεc νῆcοι, ὡc Μαρκιανὸc καὶ Πτολεμαῖοc (inde pendere videtur Eustath. ad Dion. perieg. 284). Et in Ptolemaei tabulis ille usus in libris quibus nunc utendum est plane est abstersus (cf. ed. Muell. 74 12), Marcianus (s. IV—V) vero religiosius a posteritate est interceptus, in quo traditur π 554 1 560 6 7 8 25 34 561 9 14 20 562 3 16 ed. Muell. (at Βρεττανικαῖc 516 25 -ικῶν 521 21). In eiusdem Stephani epitomam migravit Πρετανικὴ νῆcοc.. οἱ ταύτην οἰκοῦντεc Πρετανοὶ καλοῦνται et similiter mediam servarunt glossae Ἀλβίων Αἰβοῦδαι Ἰουερνία aut disertis verbis aut tacite e Marciano haustae, ut facile appareat reducendum esse illam scribendi rationem etiam in glossa Λινδόνιον, πόλιc τῆc Βρεταννίαc· Μαρκιανὸc ἐν περίπλῳ. Num quod habet Sylburgi editio Etymologici Magni Κελτὼ Πρετάνου θυγάτηρ 502 45 ad antiquita-

---

κύθραν Geopon. 204 3 Beckhii libri (solus L χύτραν) ad extremum Ἐφαλλοκύθραc nomen ab Alciphrone fictum ep. 3 64. Ad genus formae κιτών accedit κυτροκαύλουc Joseph. A 8 35 RO, cum nomine χιθών componendum χυθρίc CISept I 3498 14 (aet. Ptol., χυτρίc 13 14) χύθρα LXX Num. 11 8 cod. F (i. e. Sinait.) χυθρόποδεc Lev. 11 35 Sarravianus χυθριδίῳ in loco Oribasii supra allato codd. CM.

1) cf. GM^{3} 283, WSchulze KZ 33 236 adn. 1 Dieterich 86. Atticorum lapides s. IV^{a} aeque praebent χιτωνίcκοc χιθωνίcκοc κιθωνίcκοc κιτών (Meist.^{3} 104). In papyris de quibus nonnulla monuit Schmid Att. II 18 est χιτῶνεc PPetr II 108 22 (III^{a}) χιτῶνοc II praef. 22 18 (III^{a}) et sic praef. 33 (III^{a}) RevL 98 4 (258^{a}) PLond II 11 14 (II^{am}) PTebt I 46 120 127 130 (II^{a}) POxy I 114 6 (II—III) CPR I 21 18 (240^{p}) p. 125 10 (II—III) POxy I 109 13 17 19 27 (III—IV), κιτών sim. BU 22 16 (114^{p}) POxy I 113 8 (II^{p}) CPR I 27 9 (190^{p}) 22 8 (II^{p}) PLond II 246 17 22 (bis) 26 33 (II^{p}), κιθῶναc PPar 52 6 53 11 15 45 54 13 16 43 47 60 64 70 80 κιθώνιον 53 45 (162^{a}) κιθόνιον PLond II 315 38 (350^{p}). Ergo saec. III^{a} nil nisi χιτών scribi recte monet Mayser II 14, deinde altera apparet forma κιθών, novissima denique deprehenditur κιτών. Apud scriptores communis est forma χιτών (sic Strabo 528 530 734 746 828), sed χαλκοκιτώνων κιτῶναc habet Ilias Bankesiana Ω 255 231 κιτώνων κιτῶναc LXX Vaticanus Exod. 28 35 36 35 κιτών Sinaiticus Hesai. 3 16 24 36 22 61 10, χειθῶναc ev. Mt. 10 10 codex Bezae s. VI, dein κιθῶνα Soran. ed. Rose 227 10 Clem. Alex. paed. 320 2.

tem ascendat necne Reitzensteinii opera diiudicabitur, certe 212 30 ἀπὸ Κελτοῦς τῆς Βρετάνου θυγατρός cuncta Gaisfordi memoria defenditur. Apud ceteros scriptores sueta forma adhibetur, velut in Josephi libris et in Dionis Cassii historiis (cf. Boiss. ad XXXIX 50 1, Βρεταννική herba Diosc. IV 3, Βρεταννῶν Herodianus ap. Steph. Byz. 17 7 Mein.), quam sprevisse Ptolemaeum et Marcianum inde fortasse explicandum, quod illi in exscribendis locis antiquioribus sunt usi tabulis. Nam a primo p. C. saeculo in volgari Graecorum usu eandem quam unam novit lingua latina fere usurpatam esse formam titulorum[1]) et papyrorum est consensus.[2])

Et hactenus de labiali. Quod vero ad nasalem et dentalem refert, non eodem modo Philodemus vetustiorum usum secutus esse videtur. Nam plerumque illud nomen per geminam τ simplicemque ν scribitur. Haec est ratio Diodori Strabonis Marciani neque obstat Stephani epitoma, in qua est Πρετανίδες s. v. Βρεττία, Πρετανικὴ νῆσος, Πρετανική s. v. Ἰουερνία, Πρετανικῆς PpR s. v. Αἰβοῦδαι (Πρεταννικῆς R), nam Πρεττανική scribit M s. v. Ἀλβίων (Βρ- A, Πραιττ- RV), unde illa corrigenda. Accrescente autem cum Romanis commercio, qui solum formas 'Britannia' 'Britannicus' norant[3]), et media in tenuem abiit et geminatio in alteram consonam transsiluit. Neque tamen hae duae rationes sub idem tempus intromissae sunt in Graecorum linguam. Nam primum initium nominis emollitum[4]), et hunc in modum scribitur apud Polybium Pseudoaristotelem Strabonem[5]) Josephum[6]) Dionem Cassium in paucis denique papyris titulisque. Deinde geminatio in liquidam translata est, et illa ratio in lapidibus Aegyptiisque chartis praevalet atque multis quoque placuit recentiorum temporum auctoribus. Pro vitio habendam esse censeo formam Βρετανικός a nonnullis papyris traditam, neque in patrocinium vocari velim poetarum locos. Etenim ἔνθα Βρετάνοι apud Dionysium Periegetem nil obstat quin geminatam recuperet nasalem[7]), et perversa ratione in Sibyllinis 14 175 Ἰερναίους

---

1) Velut Βρεττανικόν BCH I 291 (Ephesi temp. Trai.) CIG Phoc. 145 (210—213) Βρεταννικόν sim. Wien. Denkschr. 1891 1 (Lyc. I p) Ἐφ. ἀρχ. 1886 53 (II p) IHS IV 422 4 Berl. Sitz. Ber. 1887 887 (II p) al. βίρος Βρεταννικός Edict. Diocl. 19 36 ἐν τῶι Βρεταννῶν θριάμβωι BCH V 474 (temp. Neronis) εἰς Βρεταννίαν Ἐφ. ἀρχ. 1883 19 (Eleus. II p), sed Αὐτοκράτορα Καίσαρα Θεῖον Σεπτίμιον Πρεταννικὸν Μέγιστον The Amer. journ. of Archaeol. V 496 (Gortyne 209—211 p).

2) Βρεττ[α]νικοῦ BU 222 3 (215 p) Βρεταννικοῦ 64 12 (217 p) 92 25 (187 p) 578 16 (189 p) 614 30 (217 p) POxy I 69 20 (190 p) 91 31 (187 p) PLond II 93 5 (213 p) 193 15 (212 p) Βρετανικοῦ BU 618 10 (213 p) 637 13 (212 p) PLond II 115 2 (211—212). In Raineri papyris identidem Βρεταν(ν)ικοῦ scribitur, cf. MittPR II—III 11—16.

3) E poetis cf. Horat. Verg. Ovid. Prop. Iuven. Stat. Prisc. alii; sed Lucretius 6 1104: nam quid Brittanis coelum diferre putamus, quam sententiam quantopere ad Graecum exemplar conformaverit poeta cum Philodemi locus c 5 35 tum mensura probat a Latinis aliena. De titulis Latinis cf. Huebner p. 861.

4) Contrarium est Πρεταννικόν in titulo Gortynio, quem modo tetigi; sed hic antiquitatis studium deprehenditur.

5) Nisi ubi Πρεττανικός exaratur plerumque Βρεττανικός reperitur, verum Βρεταννικῆς Βρεταννῶν 75 Βρεταννικοί 129 libri Βρετανικῆς vol. I 96 19 Kram. C, quae tamen vix ad Strabonem recedunt. — Βρεταννός Celtorum rex Parthen. 30.

6) Persaepe Βρεττανία Βρεττανός sim., rarius aliter ut Βρετανῶν B 2 377 A (Βρεττανῶν PRCVLM).

7) Βρετάννοι revera libri Bco Muelleri. Eodem modo in vs. 566 δισσαὶ νῆσοι ἔασι Βρετανίδες, ἀντία Ῥήνου recipienda est scriptura cod. B: Βρεταννίδες et paulo post vs. 569 νήσοις ἐν πάσῃσι Βρετανίσιν ἰσοφαρίζει item nasalis geminanda

Βρετανούς τε φαρετροφόρους τ' Ἰβῆρας edidit Rzach. Codices habent Βρεττανοὺς *περμανιοὺς φ. τ' Ἰβ., e qua corruptela recte elicuisse mihi videtur Alexandre Βρεττανοὺς ἱερνούς τε (περνούς τε Mai). Certe a prima illius versus voce manus abstineamus, cf. Βρεττανοὺς Μαυροὺς μεγαλοὺς Δᾶκας Ἄραβάς τε 12 181.[1])

Fortissime vero restitit Latinorum usui ineuntis syllabae vocalis. Repperi Βριττανῶν Theophil. ad Autol. 2 32 Βριττανίας Epiphan. III 114 15 ed. Dind. cod. Βριττανία Ptolem. geogr. I 15 6 v. l. Βριταννίας synt. math. 112 11 D s. XII (Βρε- A s. X B s. X C s. X, et sic alibi omnes) Zosim. 66 4 72 14 al. codex (s. XI) Βριττανίας Socr. eccl. hist. V 22 26 F Βριττανικῶν VII 12 2 F.[2]) Quid in his scriptoribus ipsis quid librariis tribuendum sit nondum aperte perspicio, sed illud notandum videtur, plerumque exstare ad Graecorum consuetudinem ττ et ν.

Transeo ad aspiratam. Inter convicia quibus effuse indulget Philodemus pressis Epicuri vestigiis illud quoque recurrit: τῶν σπαλάκων ἧττον βλέποντες anon. p 862 (Φ?) Scott Hercul. 320 3.[3]) Verum vel talparum oculis quid subsit litteris ΓΡΕΙΔΟΝ ρ I 181 24 (n) cognoscitur una hasta addita.[4])

(Βρεττανvίcιν M), cuius rationis optimum nuper repertum est testimonium: νηcοῖο Β[ρ]εταννίδοc anon. poeta ep. s. III—IV[p] RReitzenstein Zwei religionsgesch. Frag. 49 4.

1) Mirus est versus Sibyllinorum 5 200 ἔccεται ἐν Βρύτεcci καὶ ἐν Γάλλοιc πολυχρύcοιc (supersedendum arbitror Rzachii correctura ἐν Βριτάνοιcι; ille etiam de scriptura ἐν Βρίτεcci cogitarat) quem dubitanter conferendum propono cum 'prydein' qua voce apud Celtos ('mittelkymmrisch') illa insula significata est, cf. Zimmer Zeitschr. d. Sav. Stift. Rom. Abt. 15 216.

2) 'Aus römischen Quellen haben Βριττανία Paus. VIII 43 1 [agitur de Antonini Pii rebus gestis, at Βρεττανῶν I 33 4] Βριταννεία CIG 6627 = CIL X 6569' Huebner l. c. 861 6.

3) cf. GM[3] 279 Thes. L. Gr. s. v. cπάλακ[α PPetr II 115, 3 2 cπάλακοc 117[d] 5 (III[a]; dicitur de equis qui a talpae colore videntur nomen accepisse, cf. μελανοcπαλάκιccαν 115 9), ἀcφάλακεc Strab. 706 ἀcφάλαξ Artemid. 193 25 L opt. (ἀcπ- V) ὁ cπάλαξ Philop. in Ar. de an. 7 5 αἵματι cπάλακοc (intercedit hiatus ratio) Plut mor. 700[f]. Clementi Alexandrino contra libros qui cπάλακεc habent reddi vult Dindorf ἀcπαλάκεc protr. 115 27, verum etiam 56 19 meliores libri praebent cπάλακεc, porro apud Philoponum librorum ἀcφάλαξ in ἀcπ. correxit Hayduck (in Ar. de an. 595 30). — Sub idem iudicium (cf. Diet. 109 adn. 1) veniunt ἀcπάλτου Edict. Diocl. 32 38 (sic saepius Latini), ἀcπαράγου 6 34 35 ('asparagi' lat.) — ἀcφαράγων Str. 827, cπόγγουc 389 714 cπόγγοc Aen. tact. 39 1 Hug cπογγοκέφαλοc RevEg 140 6 7 (678[p]) — cφόγγοι BCH VI 23 184 (Deli 180[a]) cφόγγοιc Hippiatr. ed. Miller 105 (alioquin in hoc libro cπόγγοc cπογγάριον), cπόνδυλοc Str. 118 bis 720 ἑπταcπονδύλων 830 cπονδύλου Aen. tact. 80 4 Hug (cφ- Hertlein) — cφόνδυλοc Attici lapides cf. Meist.[3] 60 [adde cφονδύλων CIA II 1054 43 (347[a])] cφόνδυλοι Rev. de phil. XXIII 3 49 (sacr. Apoll. Dindym. II[am]) cφόνδυλον PLond I 135 72 (I—II) cφόνδυλοι Edict. Diocl. 5 10 ('sphonduli' lat.) cφονδύλουc 6 2 ('spon[duli' lat.) cφονδύλου 13 5 cπονδύλου 6 (variant cπόνδυλοc et cφόνδυλοc in Hippiatricorum codice Milleriano, cf. e. g. 142), cπυριδίου PPetr II praef. 33 4 5 (III[a]) — cφυρίδα PPetr II praef. 33 4 5 (III[a]) cφυρίδοc PTebt I 117 20 (99[a]) cφυρίc PLond II 246 19 (II[p]) 255 41 (III[p]) cφυρίδα POxy I 116 19 (II[p]) cφυρίτιον (= -ίδιον) BU 247 2 3 6 (II—III[p]) cφυρίδ[ια CPR I 47 5 (II—III), atque sic Armenii sp'rid sp'iurid p'iurid (CBrockelmann ZDMG 47 10).

4) γρῖφοc et γρῖποc Graeci, cf. Thes. L. Gr. s. v. GM[3] 285 γρῖποc (rete) Theophan. chron. 437 23; 'gripos' traditum est apud Gellium I 2 4 ('griphos' Herz cum edd. vett.). Vitiose τῷ γριππεῖ (in carmine Sapphus) et γριππεύc (in Leonidae ep.) codex Anthologiae Palatinus VII 505 504.

His expositis dentales sunt examinandae. Obelum addidisset Phrynichus, si legisset ποταπός ἐστιν (cuias) υ 14 26 35.[1]) Desiderantur in Pisonis voluminibus voces μαστός[2]) et κολοκύνθα[3]), sed non praetermittendum videtur τιτθοῖς ρ II 123 3.[4]) Fines inter τ et ττ prope non permiscent librarii, nam verbo τυφλώτον[τος π XI² *157, 4 16 ilico est suprascripta altera dentalis.[5]) Recte praeditum est gemella consona vocabulum βατταρισμός: βατταρισμῶι ρ II 136 14 βα[τ]ταρισμοῦ κ I² 6, 5 33 (o).[6]) Inter primos fructus qui in rebus grammaticis e libris Neapolitanis redundabant numeranda est vocis μάκρα cognitio a Sauppio communicata: ἐν τῆι μάκραι υ 16 36, qui plura postea et ex titulis et ex libris attulit, cum Andaniae explicaret leges sacras (ad vs. 107). Alia Gomperzio debemus: μᾶλλον ἢ τὴν [ἐν μά]κρα[ι (scil. καταστροφήν) θ 32 35, ὅταν δ' ἦι δια[τετ]ρημένον τὸ cῶμα καθάπερ πολλὰ τῶ[ν] μακρῶν ἐστιν ἰδεῖν π VI² 184, 35 6 (sic ipse quoque legi), quibus addo μάκραν Στ 33 3 quemadmodum adhuc in papyro reperitur (μάκ[τ]ραν vitiose Comparetti).[7]) Porro in voce ἄρκτος consonae

---

1) cf. 56 Lob. ubi multa in hanc rem congesta sunt; libri sacri tenuem nasalem ignorant. At recte se habet auctore Phrynicho ποταπὸν οἶκον Philo I 194 13 H, ubi ποδαπόν MAPS. De explicanda mediae origine periculum facit Schweizer Gr. 107. Quae vitia Aegypti papyros admodum frequentant scilicet consonarum τ et δ permutatio (de aevo Lag. cf. Mays. II 8 sq.) frustra quaeruntur in VH (v. supra pg. 82).

2) cf. μαστούς Str. 682 827 μαστοειδές 683 βαρυμάστους 807, ubi non variant codices, qui alias in ternas partes (μαζός μαστός μασθός) discedunt. Verum haec certius alia occasione signabo. Ex Aegypto adferri debet μασθῶν σκληρία PLond I 91 208 (mag. III^p) μασθούς WL 937.

3) κολόκυνθα RevEg II 120 122 (in eadem papyro κολόκυντα 121 123; III^a), κολοκύνθινος RevL 59 21 κολυκινθίνου [sic] 39 6 (at ibidem κολοκύντινος 53 22 55 6 9 57 18 58 2 κολοκιντίνου [sic] 40 10; 258^a), κολύκιντος (sic) PTebt I 131 30 (100^a), κολο]κύντην DPM 12 25 (IV^p), κολοχοίν[θη ? (sic) PGenf 59 19 (IV^p), κολοκύνθαι Edict. Diocl. 6 26 27. De formis κολοκύνθη (-τη) ∼ κολόκυνθα (-τα) cf. Lob. Phryn. 437 (illa Atticorum est); de seriorum voce κολόκυνθος (-τος) FJacobs egit Paralip. Anal. 69. Alterius vocalis mutatio in υ extra Aegypti fines non videtur tradi.

4) τίθθαι bis Philonis papyrus (I 207 15 III 62 12) ὑποτίθθια LXX Hoseas 14 1 Vaticanus (ὑποτίθιον BU 629 14 (141^p)) τίθθη matertera GlossLat III 28 35. Illa assimulatio ex eadem radice provenit qua nititur κάθθηκε in titulis Aeolum Naucraticis (KB I 641) ἐνικάθθετο BCH VIII 380 (tit. metr. aet. rom.) Ἀθθίς carminum Delphicorum al.

5) Quae Schmid Attic. II 84 e Philodemo enotavit duo exempla consonae vitiose semel positae partim falso memoravit (c 6 13) partim indagare mihi nondum licuit ('εὐς. tab. 15 5'); de dialectis cf. GM³ 375, de vocibus Κάτανδρα Νέτος Kretschmer Vaseninschr. 178. Apud Aegyptios qui plerumque geminata sibila utuntur raro peccari nil habet miri: ἐλάτους *Eud 18 17 (II^a) memorat Mays. II 5, ἐλατουμένου BU 636 21 (20^p) -ένης 155 10 (153^p) πράτουσα RE 140 (678^p), cf. γλῶτα Wuensch def. 52 54 (ter) ἔλατον JMB 483 B 9 (Ephesi II^pf).

6) βαταρίζειν Strab. 662 libri et Eustathius, ἐμβαταρίζων Gregor. Nyssen. in Eunomium 798^c M, βαταλίζεται Theanus epistola 603 45 (βατταλίζεται Hercher), βαταλίζει Hippiatrica Milleri Not. et Extr. XXI 2, 23 (de ρ et λ cf. supra pg. 77).

7) Quae adhuc e titulis librisque (Polyb. XXX 23 3 Galen. Poll.) sunt exhausta bene exposita vidi in titulorum Ciliciarum editione a Rudolfo Herberdey et Adolfo Wilhelm confecta Wien. Denksch. 1896 65 (cf. 5 64), add. μάκρα BCH XX 351 5 (Cypr.) et καὶ ληνῶν Β καὶ μακρ[ῶν (sic leg.) in titulo Aegyptiaco

in medio coartatae cum essent offensioni linguae volgari, extincta dentali expeditior procreata est pronuntiatio. Haec teneamus oportet, cum in verbis οἰκοῦσιν ὑπὸ τὰς ἄρκ[το]υς collata Neapolitanorum tabula (IX^{2} 130, 13) unius tantum litterae lacuna apparebit; ἡ ἄρκτος EOe 45, 1 11).1)

Paulo longiore circuitu de gutturalibus consonis agendum est. In formis κναφεύς Κνίφων emolliri posse gutturalem praeter alia tituli quoque Attici ostendunt (cf. Meist.^{3} 74); ad eandem rationem reduci voluit Gomperz Γλεα(ί)νετο[ν π VI^{2} 174, 25 11 Anglorum testimonium secutus. Sed hoc nihil est cum ipse Κλεα[ί]νετο[ν invenissem, et accedit ΚΛΕΑΙΝΕΙ.. in frustulis miserrimis de re poetica p 1671 O VII 38.2) Propter Atticorum σχελίς affero σκέλος θ 21 40 σκελετοί

Comptes rendus de l'Ac. des inscr. 1901, 201 (II^{p}). Apud Artemidorum librorum μακρᾶς 264 19 265 4 iam Henricus Stephanus in μάκτρας correxit. In glossis Latinis inveni 'nactra firmentatorium' CGL III 531 (n litterarum collocatione defenditur) 'ΜΑΚΤΡΑ firmentatorium' 321. Pollucis codices servarunt μάτταν ἀγγεῖον 10 110 quod corrigere noluit Bekker etsi μάκτραν Gualtherus olim proposuerat. — Lubet ad similia devertere: Βάκριοι Euseb. praev. ev. 42^{a} v. l. Βακριανῆς Phleg. mir. 71 3 Kell. Palatinus in scholio (Βάκτρων πβ 39 15) ἔχραν LXX Exech. 35 5 Q^{1} al., Λαμπριεῖς Strabo 398 A (Λαμπυριεῖς A^{2}BE, Λαμπτριεῖς Cas.; cf. Papii Onomast. s. v., Meist.^{3} 79) σκ]ῆπρα et σκηπρουχία POxy II 213 (fr. tragic. s. II^{p} pessime scriptum) σκῆπρον nonnumquam in codicibus obvium (σκήπτρου πβ 51 3). Apollonii Rhodii †Laurentianus scribit βάκρω 1 670 βά^{τ}κρωι 2 179 λέκρον 4 1107.

1) cf. Thes. L. Gr. s. v. Veteres ἀπαρκίας διὰ τὸ εὔφωνον dixisse testes sunt Hesychius Eust. 1156 17 1536 16 BA 445 16, quam rationem impugnat Phrynichus BA 19 22; cf. etiam ἀπαρκίας CISic 1308 in tabula ventorum Romae inventa, Aristid. ed. Keil II 406 32 A^{1}S^{1}, Ptolem. geogr. ed. Didot. 42 10 D. Quodsi revera in papyro Herculanensi extitit ἄρκους, hoc non levis esse momenti arbitror, quia praeterea voci ἄρκτος in regionis significatione dentalis non videtur esse subtracta; veluti ἄρκτος saepe scribitur in Eudoxi volumine, πρὸς τὴν ἄρκτων (!) PLond I 100 468 cf. 633 686 687 al., et in chartis Byzantinorum s. XI XII quarta iniecta consona frequens est forma ἄρκτρου. At animalis nomen in vulgus dentalem ignorat: ἄρκος scribunt LXX, ἄρκος CISic. 1302 i δέρμα ἄρκειον (alius lapis ΑΡΚΤ....) Edict. Dioclet. 8 33 (Ἄρκωι nom. prop. Proceed. VII 14 in ostraco s. I^{a}) ἄρκος Iustin. mort. dial. c. Tryph. 21 B ἄρκων Orig. Philocal. 129 14 (ed. Robinson) AB ἄρκου Martyr. Athenogenis episc. Ἀνάλ. Ἱερος. σταχ. I 288 2 ἡ ἄρκος Hippolyt. ed. Ber. I 1, 190 10 ἄρκον 204 5 ἄρκῳ 12 ἄρκου 2, 15 17 19 9 26 6 ἄρκος Cyrill. Alex. in XII proph. 267 9 F ἄρκῳ 269 12 b ἄρκοι Cyrill. Hieros. catech. 18 2 Mon. opt. alii ἄρκου Theod. h. eccl. II 14 1 A (s. XI) Basil., saepe etiam extra sacrorum scriptorum fines similia deprehendas ut ἄρκων Diod. 4 17 D (opt.) F ἄρκον Philo III 273 1 (codex) ἄρκον ἀμυνόμενος Ioseph. A 6 183 libri (ἄρκτον O correctus) ἄρκος Babr. 95 18 Bodl. ἄρκου Galen. ap. Orib. V 432 ἄρκον instit. log. 29 11 Kalbfl. ἀρκόχειρ ἄρκου ἄρκος Artemid. 263 13 (ἄρκτος 92 19 97 14 103 1 134 14) ἄρκων ἀρκύλοι Poll. 5 15 A ἄρκων μυελοῖς Schol. Hom. A vol. II 92 22 Dind. ἄρκοι Hippiatr. Not. et Extr. XXI 2, 16 τῶν ἄρκων Oribas. I 181 8 ABM^{1}V ἄρκοι ἄρκου Chronic. Pasch. 185 15 263 16 etc. ἄρκος Manasses 6208 M ἄρκου Cedren. II 376 6 C al. His aggregandum nomen proprium Ἀρκόλυκος CIA III 1133, 2 130 (171^{p}).

2) cf. praeterea GM^{3} 335 AdeBamberg exercit. in Plutum Gothae 1885 p. 2. Γνωσίων in moneta quadam Cretensi (s. I^{p}, ceterum cf. paulo post pg. 94) recte a Romanorum usu derivavit Riemann BCH III 495 (Κνώσιος Στ 76 3, γνωσσόν Steph. Byz. s. Δῖα cod. V), κλυς[τ]ῆρος legitur πα fr 64 6. Strabonis libri praebent κναφάλλων 693 (sic FC, -άλων DE), verum praeter κναφῖ κναφικήν Ostr 1487 (I—II^{p}) κνα[φέω]ς POxy I 43 verso 1 7 (IV^{p}) κναφεύς BU 315 7 (byz) a tenui in-

30 3 ὑ[π]οcκελίζοντες υ 14 17 [1]); iusto denique supplemento scribi videtur ἐκδ]οχεῖον Δε 44 11.[2])

In transcribenda duplici aspirata Romanos priorem consonam in mediam mutasse Guilelmus Schulze in 'Orthographicorum' commentatione p. XXVII—LVII subtiliter exposuit. Illam Latinae linguae consuetudinem non e Graecorum pronuntiandi ratione fluxisse exemplorum penuria demonstrat. Atque labialis commutatio fere ignota[3]), raris gutturalis exemplis[4]) adscriberes ΠΡΟ|ΛΚΘΕΙϹ p 176 13 13, nisi ΠΡΟ|ΛΧΘΕΙ. servaret O I 171, 79 34 propius vero (et sic legi ipse). Una in voce ἐχθρόc paulo saepius vitata esse videtur aspiratae geminatio. Et hoc iam e voluminibus Herculanensibus clarum; nam etsi plerumque χθ iustum in modum scribitur[5]), tamen una se offert papyrus, quae constanter priorem consonam in mediam convertat,

---

cipiunt Aegyptiorum testimonia: γναφεύc PPar 5 XI 5 XVIII 10 (114[a]) γναφεῖ BU 21 II 16 (340[p]) γναφέων 337 23 (III[p]) γναφαλλόγων (= γναφαλλολόγων una detrita syllaba secundum morem saepius alias apud Graecos conspicuum) Ostr 1082 1086 (II[a]) γναφολλολόγων (sic) 1081 (141[a]) τῶν γναφικήν PLond II 184 13 (88[p]) κιτῶνα ἄγναφο(ν) 246 22 (I[p]) al. Ceterum plane eadem est ratio inter κνυπώcω· θριγκώcω Hesychii verbumque καταγνυπόω Thes. IV 1044[c], cf. etiam ind. verb. s. γλοιόc, κράcτιc. Quomodo autem vel mediis in verbis a posteris illa ratio non raro sit adhibita (velut δειγνύω δάγνω ἀγμήν λιγμάω), alio loco exponam.

1) Vituperandus igitur Meisterhans quod cκέλει alia de causa p. 103 allatum in consonarum conspectum non rettulerit; cκέλοc PPar 12 16 (157[a]) cκελοτύρβη Str. 781 al., at cχελέων Hippocr. IX 70 U τὰ cχέλη Hero geom. ed. Hultsch 63 1 D; huc fortasse spectat Eberhardi Bethunensis versiculus 8 94 Wrobel: brachia dic chele, inde perichelides (de sibilante omissa cf. 'hisoceles' Boet. geom. ed. Meis. 376 3 eqm 404 10 406 24 em 406 13 e 'diachisma' [διάcχιcμα] de inst. mus. 278 16 o al.) Porro cf. cχινδάλαμοc cκινδάλαμοc (KB I 58), φύcχη pro φύcκη in papyro aevi Ptol. Boeckh Kl. Schr. V 209, ubi recte comparavit editor nomen Φύcκων Ptolemaeo VII inditum, ἐπιcχάζων τὸν πόδα BU 997, 2 5 (103[a]). Iam de litteris cχ in cκ mutatis cf. Mays. II 6 (καταcκεθῆναι, αἰcκροτάτην, τετρακιcκίλιαι) Diet. 101, λίθουc ἀcχάcτουc CIG Sept 3073 164 (Lebadeae IV[a]) — λίθουc ἀcκάcτουc 4255 13 22 27 (Oropi IV[a]).

2) Nusquam in hac voce traditam vidi consonam κ (at cf. ἐγδοκήν PPar 63, 3 86 [165[a]]), quae magis obtinuit in voce πανδοκεῖον, cf. Thes. VI 136[d]. Causa discriminis haec esse videtur, quod πανδοκεῖον inde a πανδόκοc originem duxit, ἐκδοχεῖον vero, quae multo recentioris est aetatis, ad similitudinem vocis πανδοχεῖον fictum est, cum desit ἐκδόκοc. Ceterum v. ind. verb. s. -δοκ-.

3) In papyris unum legi ὀπθαλμῷ PGrenf I 78 12 (19[a]). Tacet Mays. II 7.

4) ἐλεγκθέντοc CD[2] 494 10 (tit. Ionic. 355[a]) ἐγ]χαρακθῆναι Berl. Sitz. Ber. 1895, 894 III 2 12 (Myt. I[a]) ἀκ[θῆναι BU 146 12 (III[p]) πρακθηcόμεθα CPR I 32 16 (218[p]) cυνήκθηcαν NT ev. Mc. 2 1 codex Bezae s. VI διανύκθητι 17 34 idem εταράκθεῖcαν (ἐταράχθηcαν) ταρακθεὶc Passionis Pauli fragm. ed. Lipsius (Acta apost. apocr. vol. I) codex P s. IX—X ἀναδεικθείηcαν Alex. Aphrod. in Ar. soph. el. 96 20 a[1] ἐκδιωκθήcεται Cusa diplom. I 1, 60 (XII—XIII). Verum Armenii 'ek't'eran' (ἰχθηρόc) CBrockelmann ZDMG 47 (1893) 30. Et forsan notitia prosit codicis Berolinensis Hamiltoniani 552 s. IX quo continetur Psalterium graece (sed latinis litteris) et latine scriptum. Enotavi ex initio voluminis: anefthisan 15[a] ofthesan 15[b] ofthalmon 16[b]. fthongos 18[b] at etaracthisan hecthron 15[a] hecthrus 17[b] iuxta echthrus 16[b] hechthron 17[b].

5) ἔχθρα θ? X[2] 61, 20 1 XI[2] 39, 20 12 ρ I 235 12 β 6 11 ἐχθρόc θ 20 8 υ 12 32 ρ II 129 9 132 fr 1 133 22 149 fr 6 ευ 36 4 Є XI[1] 20 12 ἔχθιcτον β 3 27 cυνεχθαίρει β 11 5 ἀπε]χθρεύονταc ρ II 162 10 ἀ]πεχθημο[cύνην ευ 97 9; de forma ἐκχθρόc v. paulo post.

*librum dico Philodemi de ira conscriptum. Nusquam in hac papyro binas aspiratas invenies, at scribitur ut mei oculi sunt testes ἔκθρας 19 11 ἐκθρῶν 16 24 19 11 23 30 32 25, id quod alias non factum vidi nisi tribus locis: ЄΚΘΡ.. *θ 23 19 ẹκθρ[παρρ tab II pezzo 4 ἐκ^{χ}θ̣[ρά p 155 tab II pezzo 6.[1])

Verum etiam tertia illius vocis in usu fuit scriptura, scilicet ἐκχθρός. Nam cum omnino non raro aspiratae gutturali praefigitur media in Graecorum monumentis[2]), tamen hoc plerumque fieri solet ante χθ[3]). Itaque habes in VH ἐκ̇χ̇θροί *μ 88 3 (sic ipse legi ЄΚ̇Χ̇ΘΡΟΙ) ἐκχθρῶν ρ II †162 4.[4])

Sed non solum ante χ inseritur interdum media gutturalis, verum etiam ante consonam ξ, quo facit ἐκξονκώσεις ρ I *219 7 (no).[5]) Porro quae refert Meisterhans^3 109 ἐκγ Μυρρινούττης ἐγκ Πειραιῶς novo exemplo illustrare possem ἐκγλογ[ῆι ρ I 162 3, nisi errore Sudhaus apographo lectionem εκγλοι tribueret, cum tabula dilucide ЄΚΛΟΙ praebeat.[6])

1) Vocis ἐκθρός haec indicavit testimonia GMeyer^3 286: CIGS 859 (septies, verum semel ἐχθρός) CIL II 6 LXX versio. Accedant alia: ἔκθρας Mus. Ital. III 575 17 (Itani pt) ἐκθρός BCH IX 83 (tit. Car. aet. byz.) ἔκθρα[ν BU *389 8 (III^p; sed ἐχθρῷ DA 4 6 182 13 ἐχθρούς WL 2177 ἐχθρῷ 2341 ἔχθραν PGrenf II 132 16 s. V al.) ἐκθρός in NT septies codex Bezae s. VI (cf. Scrivener XLVII) ἔκθρας Marcus Eremita contra Nestorianos Ἀνάλ. Ἱεροc. σταχυολ. ed. I 90 13 cod. ἐκθαίρουσι Dio Chrysost. 41 11 M opt. Quod habet codex P Josephi Vitae 137 εκορουc quorsum tendat facile est intellectu. Neque grammaticis haec formae ignotae fuere, cf. ἐκθρός Herodian. II 409 8. — Recte scribitur in Philonis papyro ἐχθρός ἐχθαίρω sim. 155 18 173 23 178 13 17 184 14 193 29 31.

2) cf. de συνδιαπεφύλακχεν ὀκχή (σκύπφος) GM^3 287 Schweizer 115 WSchulze qu. ep. 123, ἐκχμαλωτεύοντες (αἰχμ.) LXX Ps. 136 3 Alex. τ̣[α]κ̣χέως BU 450 16 (i).

3) cf. de formis ἐκχθέματα δεδόκχθαι GM^3 287, addo προσἀνενεκχθῆ PLond I 40 75 (158^a) ἰκχθύον II 315 15 (350^p) ἐκχθές LXX Ps. 89 4 Alex., Philo I 207 2 U s. XIII—XIV. Fortasse eodem iudicio aestimanda Νεκχθφαροῦς PPar 5 VII 9 (114^a) Νικχθνίβις 35 26 (163^a) iuxta Νεχθενίβιος in papyris Mahaffianis.

4) E titulo quodam Nysaeo (Ath. Mitt. XVI 95 sqq.) anni 88^a attulit ἐκχθρότατα ἐκχθίστους GM^3 287, ἐκχθ̣ρ̣[ῶν legitur in lapide Tomis eruto REG 1898, 390 (i), ἐκχθρός in LXX Alexandrino admodum est frequens, rarius reperitur in Sinaitico ut Jerem. 51 30, ἐκχθρῶν etiam in Veneto s. VIII—IX Tischend. Anal. sacra et prof. 106, ἐκχθρούς Pap. Henoch 1 1 ἐκχθούς (sic) ev. Mc. 12 36 Bezae codex, e Josephi libris cf. ἐ*χθρούς Ant. 3 18 S ἐ*χθίστοις Bell. 7 263 A. De formis ἐχθός ἔχθα sim. cf. ind. verb. s. ἐχθρός.

5) Desunt similia in lapidibus Atticis, at ἀνεκξαλλωτρίωτον ἐκξοικονομήσεως CPR I 220 10 6 (I^p) ἐκξ οἴκου BU 189 5 (8^p) PLond II 217 6 (23^p) νυκξί PLond I †172 67 (78^p) ὀκξει PLeid †X (chem. III—IV) II 32 ὠρθωωτώκξων Ἀλεκξαντρία in libro Graeco a Coptite quodam exarato PGrenf II 169 36 39 (s. VIII—IX) ἐκξοίσω ἐκξελεύσεται LXX Zach. 5 4 Hesai. 2 3 Sinait. ἐκξυλογραφίας (ἐξ ὑλογρ.) Theophan. chron. 443 24 cfh. Rursus ἐξυσθέντος pro ἐκξυσθέντος POxy II 211, 10 7 in loco quodam Aristotelis, cuius libri (hist. an. Z 16 570^a 9) inter ξυσθέντος et ἐξο(ι)σθέντος variant. Cum Atticorum ἔγγ δακτύλων (Meist.^{3} 109) cf. ἐγγλογίζεται ἐγγλογίσζηται PLond I 39 41 40 9 (158^a), cum formis ἐκκπεπτωκότων ἐκκ τοῦ ἐκκ τῶν (Meist.^{3} 106) comparandum e copiis papyraceis ἐκκ πλήρους PPar 26 8 (163^a) atque e recentioribus lapidibus ἐκκ τῶ[ν PAS III 196 (Pisid. s. II—III).

6) ἀνέγκλειπτος PLeid *X II 1 (III—IV) ἐγκλεκτοῖς LXX Jerem. 10 17 Sinait (nasalis in hisce gutturali succrevit).

Verum nondum omnia, quae quidem gutturalis ante gutturalem passa sit persecutus sum; restat enim verbum κακκάζω, quod bifariam scriptum fertur in voluminibus Herculanensibus: ἀνακακκάζεις †υ 23 27 (alteram litteram κ ex χ correctam esse vidi) ἐκκακχάζοντες ορ 22 20 (sic legi).[1]) Seriem καχάζω καγχάζω κακκάζω similem iudico formis μετήνεκον μετήνεγκον μετήνεκκον in Ptolemaeorum aevi papyris obviis[2]), quamquam hac in re Epicureorum libri a solita via non deflectunt. Forma qualis est μετήνεκκον disparuit apud posteros et nova scriptura exstitit μετήνεγγον, cuius rationis non vidi exemplum saeculo tertio vel quarto antiquius. Nam in litteris ΔΟΘΕΙСΑΝΓѠΝΚΑΝ.. in Demetrii papyro 1061 (fr 3 + n = O IV 99 4) ἀνγών admodum licet haereas. Memoria illa cum valde sit laciniosa, potius de δοθεῖcαν γωνίαν cogitandum est. Accedit quod res esse videtur, sicut imagines probant, de angulis dimidiandis.[3])

---

1) E papyris cf. κακχάζω DA 8 7 10 6 11 6 12 10 12 (alterum apogr. 7 8 13 8 16 11 6 12 10) 183 36 39 45 50 64 184 80 bis ΚΑΚΓΑCΕ 8 7 κανχάζω 7 8 καχάζω 7 13 8 16. Originem huius vocis onomatopoeticam fuisse certum esse iudico, cui opinioni favet locus quidam papyrorum magicarum: καὶ ἐγέλαcεν ὁ θεὸc ἑπτάκιc· χὰ χὰ χὰ χὰ χὰ χὰ χά DA 182 32 (simili significatione vox κα(γ)χάζω in eodem libello compluriens occurrit). Adde χαχανίζουcιν Wagner carm. graec. med. aev. 82 137 χαχανίζει 100 580 ἐχαχανογελοῦcαν 102 632 μεγαλοχαχανάτου 173 939. Fuerit igitur initio χαχάζω, unde statim factum καχάζω (cf. χίχρημι κίχρημι al.), quae Attica videtur esse forma, cf. Thes. L. Gr. s. v. Itaque καχαcτήc apud Phrynichum BA 45 16 non mutandum, et ἀνακαχάcαc Platoni restituendum Euthyd. 300 (ἀνακαγχάcαc B vulgo, ἀνακκαχάcαc (!) T). Posteri nasalem addiderunt (cf. πίμπλημι πίμπρημι al.), alii gutturalem, cf. praeter Philodemum et κακχάζω Hesychii ἀνεκάκχαcε quod apud Plat. Rep. I 357ª codicis Bodleiani corrector voci ἀνεκάγχαcε substituit, ἀνακακχάζων Plut. Anton. 20 P κακχάζειν Lucian. Amor. 23 Γ κακχαρίζειν Dial. Mer. 6 3 F (καγχ- A, καγχάζειν vulgo) ἀνακακχάcαc Athen. X 420ᵉ κακχάcαc 438ᶠ Marcianus (-αγχ- utrobique Kaibel) ἀνακακχαcάντων XIV 615ᵉ κακχάcαντεc Clem. Alex. paed. 236 16 MP¹ (opt.). In codicibus nondum offendi κακκάζω, at ἀνακαγκάcαι Hippocr. epist. IX 356 LD¹H¹FGIK, ubi volgaris lectio est ἀνεκάγχαcε. Iam ut alia tangam, ῥέγκω et ῥέγχω promiscue olim adhibita esse sat notum est; verum ῥέκχουcιν apud Dionem Chrys. 35 18 in libro praestantissimo U et ῥεκχόντων ib. 8 13 in codice P haud scio an tertiam ostendant formam antiquitus usitatam. Deinde haud dissimiles sunt variae verbi cικχαίνω formae: cιχαντή et cιχαντόc ex Ephraemo Syro affertur Thes. L. Gr. VII 243, cυχαντόν Wagner carm. graec. med. aevi 8 190 (Alex. Comnen.), ἀποcιγχάνοντεc praebet Epiphanii codex vol. III 580 10 Dind., CΙΧΧΕΝΟΜΑΙ traditum est Gr. Lat. IV 566 572 in libro s. VIII, et verbum ῥαχίζειν scribitur ῥακχίζειν (τὸ διαιρεῖν τὰ μέρη τῆc ῥάχεωc) apud Photium, ubi invito litteram ordine ῥαχίζειν intulit Naber, cf. etiam ρακχίζειν † τὸ διαιρεῖν τὰ μέλη τῆc ῥάχαιωc ἤ τοι διακόπτειν anon. lexicogr. cod. Berolin. graec. 311 s. XIV fol. 83ᵇ, Hesychioque debentur formae ῥακκίζει et ῥακκίζειν. Ad extremum cf. variae lectiones Jo. Lydi de mens. 159 21 (χυμὸc) βριγχή] βριχχή A βλιχχή S βικχή Y βρικχή D.

2) cf. GM³ 360, μετήνεκα PLond I 41 110 42 131 (158ª) μετήνεκα (γ supra ε) 42 129 130 ἀνενεκεῖν 18 17 (161ª) 38 35 (158ª) PDresd 281 (IIᵃᵐ) ἐνέκη BU 615 15 (IIᵖ) ἐπήνεκε 597 9 (Iᵖ) ἀπενέκαι POxy I 119 8 (II—III) ὁ ἐνεκών pap. Henoch 20ᵇ 4 ἐξήνεκεν LXX Jer. 27 25 Sin. ἤνεκε Joseph. V 423 P περιήνεκε Dio Chrys. 33 40 B — μετήνεκκα PLond I 42 133 (158ª) μετένεκκον BU 33 9 (IIᵖ) ἐπενέκκω 222 9 (215ᵖ) ἐνέκκαι 261 6 (II—III) ἀπενέκκω 346 15 (II—III) ἀπενεκκεῖν POxy I 119 3 (II—III) ὑπήνεκκαν Hermae past. vis. 16 14 Sin.; ἐπάνακκον BU 50 13 (115ᵖ).

3) cf. Schulze Quaest. orthogr. 39 adn. 1, Φραγγικόc Leb. III 2770 (s. VI),

Hucusque magnam partem de accrescenti gutturali res fuit; iam inspiciamus deletam. Et aspirata quidem et media nimis stabili firmantur sede, quam ut ex arbitrio omitti possint, sed aliter iudicandum est de tenui praesertim inter vocales posita. Huic deminuendi rationi vocem ὀλίγος maxime fuisse obnoxiam lapides docuerunt[1]), nec tacent papyri: ὀλίοις †οι 19 19 (no) τὰ ὀλία 18 5 (ΟΛΙΑ o, ΟΜΑ n) ὀλιάκις *πρ 12 11 (o) ὀλιά[κ]ις †πα fr 88 7 ὀ]λιογράμματον π *VI^2 183, 34 15 ὀλιοχρονίως p 318 IX^2 75, 2 10 ὀλιωρεῖ *πρ 14 4 (o).[2]) Contra gutturalem quam nunc appellamus Krumbacherianam[3]) — formas dico Σαραπιγῆον Τραγειανός al. — in Epicureorum papyros non esse intromissam ea solum de causa diserte pronuntiandum putavi, quod quantopere illa volumina distent ab Aegyptiorum reliquiis in rebus orthographicis non omnibus notum esse scio. Ante consonam qua ratione tenuis gutturalis omitti possit quaerentibus duo se offerunt verba similis et originis et fati, γί(γ)νομαι et γι(γ)νώςκω. Quorum alterum simplici plerumque gutturali effertur (deest apud Epicurum) praeter γιγνώςκουςιν ρ II 258 5 libr. *δ (γινώςκουςιν libr. †α), alterum pleniorem formam maxime in Epicuri libris ostendit: γίγνομαι β̄ II^1 8 11 9 12 ια̅ VI^2 12 10 (γίν- 4 4 ιδ̅ VI^2 1 7 3 8 5 5 ιε̅ VI^2 fr 9 4) κη̅ 8 10 10 13 11 19 p 1431 VI^2 7 4 10 8 15 4 (γίν- 8 5 X^1 15 4 16 6 p 697 VI^2 12 6 14 6 12) p 1191 5 1 15 3 p 1413 10 7 (γίν- 4 6 7 3). Deinde in Philodemi libris legitur γιγνόμενος οι 19 4 γιγνο[μ]ένη 20 35 περιγίγν[ε]ται θα̅ 15 11. Ceteris locis pariter atque in Polystrati Chrysippique scriptis et in Iatricis (γίνομαι plus centies, γινώςκω 1 15 4 23) breviorem formam adhibitam videbis.

ἀγγῶνα W 1888 A 301 (mag. s. IV). Frequenter illa in libris apparent, quibus in conficiendis volgaris sermo scribentem turbavit: κατήνεγγε Callisth. 2 9 Meus. κάγγελον 1 13 17 καγγέλλω 17 καγγέλλων 19, ἐγγειμένη Geopon. V 14 2 L al. E codicibus vetustioribus (s. IX—XII) nil in hanc rem possum afferre, sequentibus demum saeculis ille usus in Graecorum memoriam se insinuat neque apud deteriores solum librarios.

1) cf. Meist.^{3} 75.

2) Quae ex Africae papyris adsunt, ultra s. II ante Chr. non descendunt: οὐκ ὀλίον χρόνον PPetr II 2 16 (260—259) χρόνον οὐκ ὀλίον 60 7 (ca. 250^a) ὀλίας PPar 26 14 (163^a) ὀλίους 63 103 (165^a) ὀλίαις PLeid U IV 17 (II^a) ὀλίον Theb Bank 12 8 (II^a) etc. (Mays. II 1). Itaque cum papyri Romanorum aetatis hunc morem nusquam ostendant, qualis sit LXX Vaticani praestantia, de qua non paucis locis mihi monendum est, ex his velim cognoscatur: ὀλιοςτός Hesa. 41 14 ὀλιώςης 4 Reg. 4 3 ὀλιωθήτω 2 Ezra 19 32 ὠλιώθη Judic. 10 16. — ςτρατηίας pap. Aeg. s. I—II Wien. Stud. IV 183 (ib. ἐκφορῆγα 186) Ἀούςτης BU 471 8 (143^p) ὑιεῖς pro ὑγιεῖς Justin. opp. subdit. expos. rect. fid. 4 V Ottonis; alia e papyris Aegyptiacis proponit Mays. II 1 (ὑιαίνω, ἐγλοηθέντα), cf. etiam Dieter. 87 et lib. VII s. ἄγω (ἀγήγοχα ∼ ἀγήοχα). Quae de discrimine inter ὀλίος Φιάλεια ἀγήοχα ἰών (Boetorum) et φεύω ςτρατηίας κατεπειέτω etc. statuit Hatzidakis Ἀθηνᾶ XI 162 et GGA 1899, 514 nec laudare nec refutare libet.

3) Addo Krumbacheri copiis πεζεύγειν Polyb. X 48 6 F τοξεύγοντες Himer. or. 1 16 A ἀφαυγανθιορμένα libri Lyci ap. Orib. II 229 6 (ἀφαυανθηςόμενα em.) λαγοδίκη Paus. VIII 5 3 M V^{ab} ναυγάγια I 1 5 L^a διαυγανθῆναι Theodoret. h. eccl. II 30 7 B s. X. De tota re cf. Mays. II 3 (ὑγιγαίνω, κλάγω, Σαραπιγῆον al.) Diet. 91 sq.

Γίνομαι γινώcκω inde a s. III^{a} frequentissima est papyrorum scriptio (cf. de aevo Lag. Mays. II 2; γιγνώcκεται PLeid X 16 10 in fragm. Dioscor. et ἀπογίγνομαι WL 719 γίγνεται 746 802 ab actorum libellorumque memoria seiungi oportet), sed plenam scribendi rationem aliquatenus redintegravit Byzantina aetas: γιγνομένηc PGenf 12 18 (383^{p}) γιγνόμενον PPar 21 40 (616^{p}) γιγνομένηc 21* 23 (590^{p}) 751 6 (byz vel ar) περιγιγνομένων PLond I 207 3 (VI^{p}) 209 11 (595^{p}) περιγ[ιγ]νόμενα BU 308 4 (byz), γιγνώcκειν PGenf 62 4 (c. 346^{p}) γιγνώcκοντοc PLond II 273 10 (345^{p}). Quia tacet GDindorf in Thesauro L. Gr. de verborum γί(γ)νομαι γι(γ)νώcκω apud posteros usu, nonnulla in hanc rem commentari lubet. Vaticanus Polybii scribit in primo libro γίνομαι 42^{is} γίγνομαι 9^{ies} Hultschio auctore (cf. I^{2} xxxi), Apollonii Citiensis codex plerumque tradit γίνομαι, sed γιγνομένηc 1 22 Schoene, γινώcκειν 4 12 at γιγνώcκεcθαι 9 20. Similis est ratio Gemini (γιγνομένου 28^{c} γίγνοιντο 32^{c}) Asclepiodoti (γιγνομένη 10 3) Strabonis (γίγνεcθαι 52 82 (περι)γίγνονται 131 174 775 (DCF, γινο- E) 775 γίγνεται 133 201 γιγνομέναc 131 γιγνόμενον 293 γιγνόμενα 766 γιγνώcκει 77; sed Agatharch. constanter γίνομαι [113 4 al.] γινώcκω [112 7 114 9 al.]) Heliodori Opticorum (γίγνεται p. 32 ed. Par.). Quod ad sacros libros attinet, in nonnullis LXX libris historicis (velut Esther Ezra I II) frequens est vetustior scriptura, in NT vidi ἐγίγνωcκεc in pap. ev. s. VI Wien. Stud. IV 199 γίγνεcθε γιγνώcκει Claramont. fol. 70 5 159 15. Dionis Chrysostomi usus (ubique alteram praebet nasalem Arnimii editio, raro invitis codicibus ut 3 23 4 21) atticismi primordiis insignis optime cum Onosandri opusculo conferri potest, in quo ubicumque verba γίγνεcθαι γιγνώcκειν recurrunt geminata gutturalis aut ab omnibus aut a parte codicum traditur praeter γίνεcθαι 42 1. Qui vero Philodemi aequaliumque mores secum reputaverit, non iam comprobaturum esse spero quod fuerunt qui in recentiorum libris pleniores formas raro traditas funditus suppresserint, sicuti factum memini in Diodoro Josepho Clemente Alexandrino Alexandro Aphrodisiensi Epiphanio aliis.

Hinc pergo ad sibilam primumque de consuetudine vetere agam in VH saepius conspicuo.1) Legimus enim λ]όγου⟨c⟩ cυγγράφειν ρ I †50 3 παμπό]λλου⟨c⟩ cυνομ[ολογήcο]νταc †17 5 βαρύ⟨c⟩ cύνοικοc †πβ 3 22 ἐπαινετῶ⟨c⟩ cυγκειμένηι 26 11 πάcηc τῆ⟨c⟩ caφήcεωc Δ XI^{2} *3, 1 9 τοῖ⟨c⟩ cώμαcιν *Iatr 2 3. His in p *1007 (ρ I 162—225) supervenit corrector: ΤΗϹ\c/ΚΛΗΡΑϹ 172 3 ΤΗϹ\c/ΚΕΥΟΘΗΚΗϹ 192 2 ΤΑϹ\c/ΚΗΨΕΙϹ 222 2, cf. etiam ΤΑΥΤΗϹ\c/ΕϹΩϹΜΕΝΟϹ †πα 6 24. An eodem spectet ϹΚΩΛΗΚΟϹΚΩΛΗΚ[Α Δ*ε 38 3 propter obscuram loci sententiam dubitari potest.2) Contraria ratio in titulis haud raro ante medias et

---

1) Merum vitium πεcόμ[εν]ον *Iatr 34 44 (= πεcc.); verum ἐcομέ[νοιc]ιν *ευ 52 4 in versu quodam Hesiodi facilius excusatur.

2) cf. tituli Attici, in quibus praeter ἔφυcοφίαι non nisi ante cκ cτ cπ cφ sibila extruditur (Meist.^{3} 90), dein τὰcκήψειc Rep. Ath. 81 15 Bl.^{2} τούτοιcυνεργείαc PLeid D 14 (162^{a}) al. (Mays. II 34) ἀπὸ κώμηcοκνοπαίου BU 78 4 (149^{p}) εἰcκηνάc 625 3 (II—III) εἰcπορὰν CPR I 37 5 (251^{p}) 39 11 (266^{p}) 40 12 (301^{p}) PLond II 312 4

aspiratas adhibetur, qui usus non aeque in libros Herculanenses delatus est. Nam quae invenire potui tria exempla ex uno volumine exhausta sunt: καταccτήcαcα *θα̅ 22 5 παραccκε[υάζ]ειν 24 5 παραccκευα[cτι]κῶν 17 5 (sic legi).[1] Ceterum consonam illam vocalibus inclusam falso geminatam scribi in papyris inde ab altero demum p. C. saeculo potest observari.[2] Nam quod νῆccoν habemus ρ I *179 17 in vs. Homeri κ 195 certam potius consuetudinem quam vitium temere commissum vocabis.[3]

(350^{p}) διηνεκῶcέ PBer 1 199 τίcέ 175 etc.; sic saepius PLeid *X s. III—IV. In libris in quibus singulae voces nonnunquam usque ad s. XI—XII veterum more nullis intervallis continuantur pariter retentum est quod inde explicatur vitium. Sic legimus ut specimina quaedam proferam εἰcκυθόπολιν Joseph. B 3 446 4 78 R τοῖcτρατιώταιc 1 178 2 172 A εἰcκηνάc 3 79 V προcφαγήν 6 88 L τοὺcτροφέαc 6 265 V ταῖcκηναῖc A 3 82 S^{1}, λεοντοcκόπη Str. 774 libri (= λέοντοc cκοπή) τοῖc ἀλαccοῖc (i. e. τοῖc Cαλαccοῖc) 211 ep. Pal., τη cτρωμνῆc Anton. Lib. 116 4 (Mart.) Palatinus, εἰcφαγήν Passio S. Perpetuae et Felicitatis ed. Harries 69 7 cod., ἐcφαίραc Athen. XIV 688^{b} A, προcέ (sic) Callisth. ed. Meus. 1 22 etc.

1) cf. GM^{3} 304 Meist.^{3} 89; κατέccπα[ρκε]ν RevL 42 16 (258^{a}) ποιήcει ccκίαν *Eud 11 6 (II^{a}) ἀccπάcομε BU 247 8 (II—III) μεταπέμψαccθαι POxy I 118 7 (III^{p}) ἐργαζέc|cθωcαν 121 14 (III^{p}) μιccθώcαcθαι MittER (II—III) 33 5 μιccθουμένοιc 20 ἀγρώccθεωc 34 30 μιccθώcεωc 31 (261^{p}) ἀccχημονῶν Acta Juliani (e pap. s. VI ed. Mémoires de la mission archéol. au Caire IX 2, Paris 1893) col. 67 15 'Αccκηπιοδώραν (sic) 66 11 18. Neque mirum quod rara huius consuetudinis exempla vel in codices migrarint: ἔccφαζεν Sinait. vol. IV 124 9 Tisch. (alia LXX Alexandrinus praebet) ἐπιccκεμμένοι Sarravianus s. IV fol. 73^{a} 17 καταιccχυνθῇ Hippolyt. ed. Berol. I 1, 19 13 cod. Ottob. s. XI τελειοῦccθαι Soph. Trach. 1257 Laurentiani manus prima Αἰccχρήν AP VII 458 cod. Omnium proxime ad vetustum illum usum accedit Josephi Belli Iud. codex A s. X—XI: Κέccτιοc 2 280 κατὰ ccφάc 4 26 καταccκευήν 90 εἰcc τά 5 337 καταccκευῆc 6 267.

2) εἰccαντελέων PPar 41 3 (158^{a}) ὑπέγραψα Ccαραπίων PLond I 11 43 (162^{a}) cf. Mays. II 35, deinde ἔρρωccο PLond II 252 18 (I^{p}) ἀποκαταcτήccατε BU 387 13 (141^{p}) τοῦ πατρὸcc 'Ερμῆ 667 10 (221^{p}) πάccη[c 637 5 (212^{p}) cυνδέc|cου διακονέc|cι (= -νήcει) BU *261 9 26 (II—III) προccεφώνηcα DA 187 9 P ἁπλῶcc οὐδέν 194 20 cτηccάμενοc DPM p. 823. Hac in quaestione plane inversam vides inter temporis decursum scribarum rationem. Geminandae enim sibilae usus vitiosus evanescit fere sequente consona, latissime se extendit ante vocalem. Hoc inspectis Byzantinorum codicibus facile concedetur. E. g. in Pseudocallisthene Meuseli habes ἐθεάccω I 8 θεαccάμενοc 17 Πίccαc (bis) Πιccαῖον 18.

3) cf. GM^{3} 302 ubi quinque extant titulorum testimonia, e quorum numero deleri debet CIG Sept. I 93 (perperam enim in indicem quo solo usus est Meyer νῆccoι detulit Dittenberger), quam iacturam resarciunt alia: νήccων (pro νῆcoν) CIA III 1397 νήccουc 'Εφ. ἀρχ. 1885 150 (II—III). Permulta in libris inveniuntur: Μυονήccῳ Thucyd. 3 11 EG Πελοποννάccιοι 5 77 F Πελοποννάccου 77 79 F Χερcονήccῳι 8 102 E -όνηccον 104 E Χερρονvήccου Xen. Anab. II 6 2 νᾶccοc (in versu) Dionys. Hal. 1 19 A νῆccον Apollod. epitom. ed. Wagn. 7 10 cod. νήccων Phleg. Trall. mir. ed. Kell. 78 12 codex (in versu) νῆccοι νήccων LXX Ez. 26 18 27 6 Vat. νῆccοι Ps. 96 1 Sinaiticus a manu altera (fuerat νῆcοι!) νῆccοc Act. ap. 13 6 D νηccιωτικόν Athen. XII 542^{f} A νήccουc XV 695^{b} in scolio quodam A (recepit Kaibel) νήccῳ Artemid. 257 27 L Νάccουc Paus. VIII 23 2 L^{ab} 23 8 L^{b} V^{b} Ναccῶν 25 2 A^{g} (Νᾶcοι regio Arcadiae) νήccου Socr. hist. eccl. II 40 43 F νήccοιc Geopon. X 57 2 F, neque abiecit talia Byzantinorum consuetudo, de qua in Procopianis loquar. Supersunt Latini: NHCCOC (in vs. hex.) Sen. suas. 1 12 Halonnessum Quint. III 8 31 A Peloponnessis Vitruv. I 1 5 Harleianus optimus s. IX (-nensis cett.) Chersonessus Pomp. Mela 2 49 cod. s. X (recepit Frick) Peloponesso Serv. ad Verg. Aen. X 100 libri (ed. Thilo II 410 3 10) Peloponessun (!) Schol. Lact. ad Stat. Theb. II 207 M Cheronessi (-nissi D) Oros. III 13 4 P^{b} V 3 CD Peloponissus

Inde ad singula descendens prius de eis vocibus dicam, quae recte simplici sibila sunt instructae: τιθαcῶ[ν κ I^2 81, 8 15 τιθαcε[ύειν πα fr 90 3 [1]), Κνώcιοc Στ 76 3 [2]), ῥυcότητοc Iatr 32 50 55 ῥυcοῦcθαι 51 ἱμάτιον ἐρρυcαcμένον X p 307 VIII^2 192, 14 20. [3]) Atque haec quin recte se haberent nulla fuit apud eruditos dubitatio, sed iam inter veteres grammaticae doctrinam exercentes non videtur constitisse de nomine urbis Syracusanorum. Epicurei ad lapidum normam scribunt, cf. Cυρακόcιον Ακ 6 4 7 10 7 al. [4])

Hieron. Chron. can. ed. Schoene I 116 M Peloponnissus II 12 47 B 43 A^p ΝΗC-CIΩΤΙ (νηcιῶται) Priscian. III 339 4 R Cheronissum (-nissium I^a) Chron. min. ed. Mommsen (Auct. ant. XI) 66 23 I^{ab} S Chersonessos cosmogr. Rav. 397 3 Cersonissus 398 15 ed. Pinderi Proconissi Lib. Pontif. ed. Duchesne I 299 7 $C^{2\,3\,4}$ E nessus insula CGL III 531 nessos insula 396.

1) De Platone cf. Schanz XII v, Byzantinis magis placuit τιθαccόc, cuius rei apertum est indicium τιθά[c]cεωc τιθα[c]cεία Galen. πῶc ἐμψυχ. 40 1 3 Kalbfl. Multis tamen locis vetusta scriptura infimorum censuram effugit, ut ἀτιθάcευτον Agatharch. 160 4. De Straboni libris haec habeo: τιθαccούc 652 704 τιθαccῶν 704 τιθαccοί 718 τετιθαccευμένων 718, τιθαcῶν εὐτιθαcεύτουc 705 F (-cc- cett.) δυcτιθάcευτοι 705 D (-cc- al.). Altera sibilans loco utique est movenda, ut insuper etiam Philonis papyrus demonstrat: τιθαcόc τιθαcόν 161 15 177 7 ἀτίθαcον 166 9 ed. Scheil. — Apud Aristotelem h. a. 615^a 22 τιθαcώτατοc erat edendum ad votum codicis P (-αcό- E^aD^a -αccό- cett. vulgo) sicuti τιθαccότατον 630^b 18 in τιθαcώτατον mutari oportuit; rectius τιθαcωτέροιc Philo I 259 21 HL (-αccοτέροιc UF).

2) cf. ORiemann BCH III 495 qui semel tantum in titulis invenit Κνώccιοc (CIG 1840) Κνωcίων Hyperid. Dem. 13 6 Vitiosam scripturam Κνωccόc iam antiquitus extitisse praeter illum titulum probat Homeri papyrus Mus. Brit. 127 (Κνωccῶ Σ 591) et Bacchylidis librarius altero p. C. saeculo adsignandus: Κνωccόν 1^c 13 Κνωccίων 16 39 — Κνώcιον 16 120. Et si nummos contemplamur (cf. Head Hist. num. 391) reperimus constanter cusum Κνωcίων, sed Augusti et Tiberii aetate Γνωcίων vel Γνωccίων. De Platonis libris cf. Schanz XII v, de Polybio Hultsch vol. II^2 IV; Κνωccοῦ Str. 822 absque varia lectione traditur, verum Κνωccόc 476 B^1D -ωcόc B^2C Κνωccόν ib. CD -ωcόν B ('et sic plerumque' Kramer) mox Κνωccόc vulgo Κνωcόc C 'et sic plerumque'.

3) Raro inveni geminatam sibilam, ut ῥυccά Eur. Suppl. 50 L et corrector cod. P (ῥυcά P^1) Philostr. imag. I 31 1 FP ῥυccοί Euseb. pr. ev. XIII 706^a FG ῥυccάc Cornut. ed. Lang 12 7 O ῥυccόν Soran. ed. Rose 301 13 ἀρυccότουc (pro ἀρυcώτουc) 261 1 codex.

4) Quatuor sunt scribendi genera Cυρακόcιοc Cυρακούcιοc Cυρακόccιοc Cυρακούccιοc, quorum primum solam habet in nummis, maximam in titulis auctoritatem. Segregatur ab his fragmentum marmoris Parii nuper repertum, ubi est Cυρακουcc[ῶ]ν Ath. Mitt. XXII 188 17 (262^a; ib. Cυρακόcιοι). Huius in societatem venit Bacchylidis papyrus Cυρακούccαc largita (-κόccαc Blass) 5 184 (Cυρακοcίαν 4 1). Iam in libris primo aspectu magna est perturbatio; acrius intuenti hoc statim manifestum erit, Byzantinorum studia ad formas Cυράκουcαι Cυρακούcιοc vergere. Omnium rarissima est scriptura Cυράκοccαι Cυρακόccιοc (locis a Papio et Benselero indicatis adde Cυρακοccίων Plut. Dio 3 F (-ουcί- cett.) Vita Lysiae ap. Photium 486^b 27 A (-κουcίων vulgo) Cυρακόccιοι Dio Cass. I 238 1 (Boiss.) codex Etymologii Magni D Cειληνὸc δὲ ἐν δ τῶν περὶ Cυ⟨ρα⟩κόccαc Phot. s. v. Cαρδόνιοc γέλωc moxque Cυρακοccία τράπεζα ib.), quam praestantissimam olim iudicaverat Herodianus (cf. Et. magn. 80 39). Et sic saepe scribit Stephani Byzantii epitoma (Cυρακόccιοc sim. 152 23 271 4 278 16 Mein. Cυράκοccαι 152 33 274 13 286 22 599 3 614 18), ex quo clarum esse existimo, quam arcto vinculo Stephanus cum illo grammatico sit copulatus. Reliquarum formarum rationes singillatim persequi non est huius notae consilium, sufficiat de Strabone monuisse: Cυράκουcαι 270 bis 380 Cυρακούcαc 262 Cυρακουcῶν 267 269 ter Cυρακουcίων 241 259 Cυρακού-

In scribenda particula cύν nusquam sibilantem gutturalis natura augeri ob eam causam memoro, quod apud alios recentioris aetatis scriptores et eos quoque, qui hac in causa non data opera Atticos imitati esse videntur, vetustior forma hinc inde deprehenditur.[1]) Etiam apud Epicurum frustra quaeritur consona ξ, quam servavit Diogenes in prima illius epistola: ξυναπόληται 21 1 Us. Contra neque ξ neque ψ in nudam convertuntur sibilam[2]) pariterque ignotae sunt scripturae ἑξξῆc πράξcω ἐκcουcία.[3])

Inter litteras c et ζ si sequitur vocalis recte ubique discernunt librarii Neapolitani[4]); verum ante easdem consonas, quas ut ἐγ scribatur pro ἐκ per longum temporis spatium olim effecisse supra memoravi pg. 53 sqq., sibila quoque mutari se passa est inde ab altera s. IV a. C. parte. Itaque scribitur Ζμυρναῖ[οc †Ακ pg. 79 19 Mekler (Cμυρναῖοc *Στ 42 4) ζμα[ρ]αγεῖ π †Χ² 13, 13 5 (Il. B 200) ζμερ[δαλέ' εὐρώ]εντα *ευ 17 15 (Hesiod. Theog. 739, cf. de hoc loco ANauck Mél. Gr.-R. IV 613) ζμίλιον †πα 17 8 καταζμικρίζοντα †υ 21 25 καταζβέννυcθαι

---

cιοι 270 bis 272 449 sine v. l., Cυρακούccαc 23 59 123 270 364 A 266 bis AB 267 AB Epit. 273 AC Cυρακουccῶν 259 AB Cυρακουccίων 268 A 259 AB 273 AC, Cυρακοcίων 248 A (-κουcίων C Cυρρακουcίων B) 134 1 (Cυρακουcίων ABC). Semel adhuc geminam sibilam apud Latinos repperi: Syracussis Cic. Tusc. III 12 27 Gudiani optimi manus prima.

1) ἀξύμβατον Polyb. XV 9 1 (ἀcύμβ. editiones Bekkerum secutae) ξυνάπτον Strab. 519 ξυμμεῖναι 597 C? edd. (cυμμ. DEF) ξύμμετρον 805 F (cυμμ- CD edd.) ξυνιέναι Onos. 26 2 ξυνιείc Polemo ed. Hinck 10 7 C ξυνωρίδαc Plut. Artax. 6 C ξύμβουλον Sert. 26 C ξυνέcεωc Appian. ed. Mend. 669 22 libri (cυν. edd.) ἀξυνέτου Fronto ep. 255 Nab. ξυνεχείᾳ Hephaest. ench. cap. 8 p. 30 1 (W.) cod. Darmst. ξυνιέναι καὶ cυμφύεcθαι Alex. Aphrod. de an. 129 14 Bruns ξυμμάχουc Polyaen. ed. Melb. 7 21 cod. ἀξύνετοc Epiphan. ed. Dind. II 625 11. Alii veluti Arrianus Philostratus Aelianus Pausanias plane abhorrent a communis vitae forma. Nam ξυγγραφεὺc τοῦ μεμιcθωκότοc BU 636 23 (20p) scribam demonstrat eruditionis exempla ostentantem, ξυνχωνευέμενα (!) PLeid X VII 42 (III—IV) nil valet quippe e libello artis chymicae desumptum.

2) ῥηξίχθων est apud Orphicos et magicos frequens numinis advocati cognomen, et sic saepe legitur in papyris, velut ῥηξίχθων PLond I 121 10 (III—IVp), cf. WL ind. verb., at ῥηcίχθων DPM 9 11. Et hanc solam formam noverunt tabulae devotionum in insula Cypro inventae (editae Proceed. of the soc. of bibl. arch. XIII), cf. ῥηcίχθων 174 21 175 13 180 14 181 11 182 15 184 14 186 14 188 12 τῆc ῥηcιχθόνηc 176 27 178 21 180 22 181 19 183 23 184 20 188 19. Contra ΞΑΡΑΠΙΩΝ Ακ 23 34 (o) sine dubio apographi est error (prima huius vocis littera hodie evanuit). — πέμcαι PPetr II 91 12 (IIIa) delendum, cum Πεμcᾶc in altera scribatur editione ² 187, at certa legimus exempla πέμcον BU 602 9 (IIp) προκόcαι 423 17 (IIp).

3) ἑξξῆc Berl. Sitz. Ber. 1889, 368 23 (aet. Rom.) ἐξξέδραc PAS II 28 (Sebastopoli), πράξcω BU 602 10 (IIp) ἐξcκουβί[τω]ρ 681 2 (arab.), οἰμώξcονταc Lucian. Catapl. 8 A, ἐκcουcίαν BU 94 16 (289p) ἐκcοίcω LXX Jerem. 28 44 Sin. ἐκcοίcειc Deut. 28 38 Alex.

4) cf. GM³ 303 Meist.³ 92 (Cεύc s. IVa), dein ὕβριζάν με PPar 40 39 41 28 (156a) νομίζαντα 30 20 (162a) ζώζουcα PLeid U II 19 (IIa) τοῦ διζώματοc WL 590 βαζάνοιc DA 190 19 ζωρύγων MittER II—III 34 25 (261p, cum Romanorum voce 'zabulus' conferendum) δξύριζ RevEg V 140 6 (678p) Ζωτίωνοc Ignat. ad Magnes. 2 1 (libri) μεζογαίαν Paus. III 24 2 M, ἐcύγη (= ἐζύγη) in fr. Aeschyli papyraceo pessime scripto N² 99 6. Variatur quoque inter δ et ζ: λαμπυρίδων DPM 3 15 Εὐεργέτιζει BU 94 2 (289p).

*Iatr 23 40. Ergo in initio solum singularum vocum vel partium integrarum mutatio sibilantis deprehenditur, quod alibi etiam in mediis vocabulis apparet, quemadmodum habes in Diogenis Oenoandensis lapidibus φά|ζματα 21, 3 3 κόζμων 37—38, 1 5 κόζμου 46, 2 10 δεζμουμένη 65, 1 10 (κόcμων 37—38, 3 14 κόcμοc 44, 2 12 κόc|μοc 61, 2 11 φάc|ματα 52, 1 6 ψεῦc|μα 77 11 πεπεραc|μέναι 44, 2 13). Lapicidarius cui illa debemus constanter in versuum confinio diremit sibilam a sequenti consona (cf. supra pg. 14), quam rationem non aeque passa est consona ζ in locum sibilantis reposita, cf. φά|ζματα 21, 3 3.

De titulis cf. GM[3] 302 sq. Blass Ausspr.[3] 118 sq. Meist.[4] 88. Pauca e multis addam: ἐν Ζμαραγήῳ CD[2] 437 41 (Cymae aeol. 2[a]—14[p]) ζβέcαι Mon. Ancyr. 17 18 δεζμῶν lapis Epidauri repertus s. IV[ai] Ἐφ. ἀρχ. 1892 vs. 61 64 93 95 (δεcμῶν 46 73 112 117 119) ζμύρνηc Edict. Diocl. 32 71, χρηcζμόν (!) Paton-Hicks Inscr. of Cos 60 2 (dial. dor.). In chartis antiquis est παραcφραγ[ι]ζμόν RevL 51 13 (258[a]) ἀζμένωc PGrenf II 27 17 (III[a]) ζμύρνα I 33 10 (II[am]) ἀμφιζβήτηcιν διαμφιζβητουμένη PTor I †40 6 42 6 (116[a]) νομίζματοc BU 69 6 (120[p]) 741 11 (143[p]) ζμύρνηc 1 11 (III[p]) τὸ ζμῆ|μα PLond II 301 22 (346[p]), verum Cμάραγδοc BU 388 I 6 11 12 II 5 III 7 (II[pf]) al. Permulta in hac re offerunt magicorum volumina, ubi ζμύρνα assuetus est scribendi modus, cf. W 1888 ind. verb. DPM ind. gramm., ζβέcαc PLond I 93 364 (III[p]), rursus ad pristinam fere rationem reditum in libellis PBer I II. Hic enim est cβέcαc sim. 1 125 339 cμύρναι 2 34 cμυρνομέλανι 30 42 47 — ζμύρναι 178. Aristotelis papyrus largitur in ea parte, quam *quartus confecit scriba, διαμφιcβητήcειc 50 23 ἀναμφιζβήτητον 51 2 ἐγνωζμένουc 52 11 ἐξιργαζμένα 66 11, ζμύρνα Hyperid. in Athenog. 6 (cμαράγδου pap. Philonis 170 17). In LXX libris praeter ζμύρνα Cant. 3 6 4 6 14 5 13 S. Sir. 24 15 Sinait. solum ζcμαράγδου (!) enotare licuit S. Sir. 35 6 ex Sinaitico, NT codices (cf. Gregory 80 Schmiedel § 5 27[d]) non raro scribunt Ζμύρνηc ζμύρνα ζβέννυτε ἄζβεcτοc, ζμύρναι pap. Henoch 29 2. Magicorum papyris (s. III—V[i]) et sacrae scripturae codicibus antiquissimis terminatur illa consuetudo, qui testes etiam hac in re consentiunt, quod praeter ἄζβεcτοc non nisi initio vocis admittunt consonam ζ. Illa tamen obdurasse videtur ratio apud Graecos qui Ponti litora incolunt, nam hi vel hodie loquuntur ἄβζηcτοc (cf. ἐβγάλλω ἐβγαίνω) βζήνω (= cβήνω) Hatzid. Einl. 28 407, cf. ωζβεcτην (!) in cod. magico s. XIX ab homine rudi exarato Byz. Zeitschr. I 561.

Quantopere haec Graecorum ratio olim valuerit e finitimis quoque cognoscitur, inter quos Armenii scripserunt 'zmurs' 'zmur' (ζμύρνη) 'zmṛneni' (ζμύρνινοc) 'zmṛnitean k'ar' (ζμυρνίτηc λίθοc) 'zmelin' (ζμίλιον) CBrockelmann ZDMG 1893 47, at 'nomismay' (νόμιcμα) 35. Porro in Romanorum lingua Smyrna et Zmyrna, Smaragdus et Zmaragdus perinde scribitur, cf. e. g. CIL IX ind. X ind., et 'zmyrna' etiam in libris frequenter tradi inter omnes constat, velut 'zmirne' Vitruv. VII 7 4 GH 'zmyrnaeo' Pomp. Mela 1 89 codicis (s. X) m. 1 'zmyrnae' Oros. VI 18 6 ed. Vind. LPR (myr- D) 'zmyrnam' V 17 3 LPR (zmi- D, at 'smyrnei' VI 3 8 omnes) 'zmyrnam' Hieron. de vir. illustr. 16 4 C s. VIII (exmyrnam A s. VII) 'zmyrneos' 8 AC 'zmyrnae' 17 12 AC 'zimirnae' Comment. not. Tir. 85 6

Casselanus (zymi- A zimy- C zmirnae GuH etc.) al., deinde 'zmaragdus' Comment. not. Tir. 99 71 'zmegmata' Plin. XIV 43 cod. V (recepit Detlefsen) 'ezdras' Augustin. de civ. dei II 311 5 Domb.^{3} cod. R ('identidem') 'zmaragdo' Lib. Pontif. vita Sergii (687—701^p) 375 11 B^6 $C^{1\,2}$ (zmaracdo C^3 zismaragdo B^3) 'zmaragdis' vita Stephani II (752—757^p) 453 20 'Zmaragdus' abbas aetate Caroli Magni et Ludovici Pii carminum latinorum auctor (Poet. lat. aev. Kar. I 615—619), quam seriem hoc loco continuare nil attinet.

Quemadmodum in his consona ζ vices sibilantis subit, sic ipsa sibila interdum sociam se offert adfini litterae, qui usus in lapidum monumentis inde ab anno 268 a. C. conspicitur.[1]) Non vero eiusmodi ratio tam late est vagata quam ea de qua modo verba feci, neque multi eorum qui ζμύρνα et κόζμος edere solebant κολάcζειν quoque et similia sibi permissa esse putabant. Tamen unus est locus in schedis Herculanensibus huic mori procul dubio vindicandus: cτοχάcζεc[θαι π *VI^2 152, 3 24 (sic Gomperz, CTOXΛCZЄC... o, ÇTIKΛCZЄC... n; ipse legi CTỌXACZЄCΘ̣..).[2]) Et hoc quidem testimonium certissimum est, verum ἀ]π̣ολίcψεcθε p 168 4 9 quod facile quispiam ex ἀπολείψεcθε corruptum esse suspicabitur vitium Neapolitani rectius dixeris.[3])

Quae in hac de rebus orthographicis quaestione desiderantur alteris commentationis huius partibus commodius me inserturum putavi, quarum fines antequam ingrediar, de tribus vocibus quarum λ interdum

1) ἐπεψή]φιcζεν CIA II 325^a 5, Meist.^{3} 92.

2) cf. GM^3 303 Schweizer 128 sq. Meist.^{3} 88, quorum locis addendi permulti velut Γιcζηνόc PAS III 235 75 (Pisid. i) μείcζονοc Mon. Ancyr. 15 16. Pauca e papyris suppetunt: ἐργάc|ζοντοc PLeid T I 21 (II^{am}) ἐγγλογίcζηται PLond I 40 90 (158^a) διαρπάcζεται 26 20 (161^a) cφετερίcζοντα[ι BU 195 17 (161^p) κολαcζόμενοι pap. Apocal. Petri (s. VI) col. 17 14. In Wuenschii tabulis Sethianis (s. III—IV) saepe quidem legitur ὁρκίζω, sed τιμωριc|ζώμενον (!) 16 46, rursus in laminis plumbeis execrationum Cypriacis Proceed. of the soc. of bibl. Arch. XIII ὁρκίcζω (ἐνορκίcζω) 43er legitur et πλάcζεcθε 176 6, cum ad communem rationem scriptum sit ἐνο]ρκίζω 174 24 Coζομένου (!) 181 9 15 182 24 25 27 34. Verum sacri codices hisce in orthographicis quaestionibus ceteroquin antesignani frustra adeuntur, si recte memini. Neque Armenii neque Romani suis litteris reddiderunt Graecorum consuetudinem; nam singulari ratione scribi arbitror 'baptiszari' Hilar. tract. in Psalm. ed. Zingerle 308 21 cod. V s. VI.

3) Consonae ξ et ψ in titulis Atticis vetustioribus in χc et φc distrahuntur, cf. Meist.^{3} 3. Romanos non 'phs' sed 'ps' adhibuisse in transcribundis vocibus eo facile intelligitur, quod haec lingua alibi quoque aspiratas consonas mutare solet; multo vero diligentius Graecos sonus exceperunt Armenii, cf. 'kamp'sak' 'kap'sak' (καμψάκηc) CBrockelmann ZDMG 47 p. 9 'p'salt' (ψάλτηc) 'p'siat' (ψίαθοc) 28 'p'sen' (ψήν) 34 'lip's' (λίψ) 33 'pak'simat' (πάξυμαc) 'peridek'sion' (περιδέξιον) 31 'tak'sat' (ταξείδιον) 32 'tok'sakan' (τοξικόc) 34 'k'sest' (ξέcτηc) 35 'ēk'sp'loratorēs' 36, una solum in voce aspirata omissa est: 'paropsids' (παροψίc) 35. Sed Graecis ipsis recentiorum aetatum haec ratio ignota est; cum autem saepius cζ scriberent pro simplici consona ζ, etiam illis consonis nonnumquam mendose sibilam anteposuerunt: Ζεύcξιδοc PAS III 265 (Pisid. II—III) παρατάcξετε cod. Sinait. II 86 19 Tisch. ἐπιcφακελίcξιεc Hippocr. IV 218 k λήμcψεcθε Sinait. II 55^b 20 ἀφάcψαι LXX Paroem. 6 21 Sin., et huc forsitan trahendum ἐπενθάcφει (ἐπενθάψει) Perrot Galatie et Bithynie I 6 (aet. rom.) τῆcφήφου (i. e. τῆc ψήφου) Mus. Ital. III 575 32 (Itani pt).

in aliam consonam convertitur separatim exponam. Itaque scriptum invenimus τοῦ πλεύμονος op 8 26 πλευμόνων 9 13 sed πνεύμονα Iatr 17 2 19 45 π̣ν̣[εύμ]ο̣ν̣[α 23 15[1]), deinde μόλις ευ 18 21 (= Hom. Φ 417, ubi plerique libri μόγις) υ 21 30 πα fr 7 9 Στ 8 5[2]), denique φιλιτείοις μ 18 33 φιλέιτείοις (sic legi) 86 11.

Hac in voce quidquid traditum sit cum diligentius exponendum esse vidissem, in auxilium vocatis Dindorfii copiis in Thesauro L. Gr. editis haec fere mihi collegi. Vetustiores testes in labialem consentiunt: φιλιτίου Xenoph. Hell. V 4 28 φιλίτιον Rep. Lac. 3 5 (solus cod. Darmstad. 2773 s. XIV fol. 283ª φειδίτιον) φιλιτίοις 5 6 φιλίτια Aristotel. pol. 2 9 10 1271ª 27 1272ª 2 φιλιτίοις 2 11 1272ᵇ 34 (sic ubique familia codicum Π¹ quae praestat ceteris libris; Demetrius Chalcondyla s. XVI φιδίτια φιδιτίοις intulit) φιλίτια rhet. 3 10 1411ª 25 (et Anonymi Byzantini scholia 206 11 12 Rabe, ubi altero loco φιδίτια interpolavit ed. pr.), porro e posteris

1) πνεύμων volgaris linguae est forma, cf. KB I 73, πνεύ[μ]ονα PLond I 90 181 (mag. IIIᵖ), at πλεύμονος in curationibus Epidauricis (cf. Baunack Stud. I 80 10) πλεύμων περιπλευμονία Plato (cf. Schanz VIII v) Πλεύμων Nausiphani dedit cognomen Epicurus (cf. 136 20 175 18 Us.) πλεύμονι scribit Strabo 104 bis idemque legitur ap. Orib. I 326 9 in cod. C (Galenus est). Et 'peripleumonia' et 'peripneumonia' apud Latinos medicos in usu fuit, 'peripleumonicos' habet collectio Salernitana IV 187. — Etiam in voce νίτρον a barbaris advecta nasalem in consonam λ verterunt veteres, quam formam Atticis vindicat Phrynichus p. 305 Lob. Iniuste igitur λιτροπώλου CIA II add. 834ᶜ 22 (317—307ª) neglexit Meisterhans. Magna est discrepantia in Hippocratis libris, quorum optimi (e. g. θ) λίτρον scribere solent, λίτρου praebet G Oribasii II 142 9 λίτρον 429 6 A² τὸ λίτρον 714 2 libri, contra νίτρον retinuit volgaris lingua (cf. Lob. 305) tradiditque Latinis, νιτρώδη Strab. 518 νιτρῖτις 529 νιτρίαν νίτρον 803, νιτρικῇ PPetr II 85 1 (236ª) γῆς νιτρίας ² 60 10 (c. 260ª) νίτρον PLeid C 4 8 (IIª) al. (cf. Mays. II 22) νίτρω WL 2885 2969 νίτρον νίτρου DA 173 9 16 17 181 24 189 16 τὰ νίτρα PLond II 285 4 ταμειακῶν νίτρων 11 (346ᵖ) etc.

2) μόγις praevalet apud Thucydidem (cf. Stahl² 50 qui nusquam ab omnibus libris defendi dicit gutturalem; μόγις ex μόλις correctum est IV 38 in pap. Oxyr.) Aristophanem Platonemque, cum alteram formam solam scribat Sophocles saepius adhibeat Xenophon Aristoteles, rursus utramque pariter admittant Aeschylus Euripides (cf. KB I 155). De titulis Atticis silentium est apud Meisterhansium. De Atticistis (commendat μόγις si requiritur sensus adverbii 'aegre' Helladius ap. Phot. bybl. 530ᵇ 1) haec fere disserit Schmid: μόλις reperitur apud Dionem Chrys. Aristidem Longinum, sed μόγις praebent Luciani libri meliores et praeter unum locum Philostrati memoria, utrumque Polemo et Aelianus. Tum μόγις plerumque in Diodori bybliotheca observatur (cf. ed. Vogelii I lxi; μόλις absque v. l. V 33 1 XIII 110 ne loquar de excerptis) μόλις Str. 9 74 bis 144 165 184 203 bis 223 271 277 388 536 539 594 613 711 742 765 (μόγις 628 et praeter Epitomam 308) Agatharch. 113 19 134 2 136 7. Tanta in discrepantia quaenam fuerit volgaris forma apte recordamur, cf. μόλις PPar 22 12 63 104 (165ª) PLond I 51 5 (131ª) PGrenf I 37 14 (IIªᵐ) Theb Bank 1 I 27 12 13 (IIªᵐ) BU 249 11 530 27 (Iᵖ) al. Ipse ubi libri dissentiunt formam gutturali praeditam magis esse legitimam mihi persuasi neque inveni adhuc inter novellos librarios, qui suo Marte μόγις reponeret. At saepe vetustiorem memoriam contra volgatam lectionem μόγις exhibere multis e libris potest cognosci, velut apud Philonem I 208 1 231 13 pristinam scripturam μόγις fuisse e papyro demum edocti sumus. Hercheri rationis causam qui Artemid. 4 13 μόλις invitis libris edi maluit non intelligo. Quam vero de origine duplicis formae coniecturam protulit Schmid inde a signo Λ aliam aliis temporibus significante consonam profectus, nemini sano eum comprobaturum esse confido. — Papyri Magdolis repertae, quarum spicilegium nuperrime Francogallorum curis vulgatum est, praebent μόγις BCH XXVI 114 4 (IIIªᵐ).

φιλίτια Dion. Halic. Ant. 2 33 φιλιτίων Dio Chrys. 2 44 (sic optimi codices; φειδιτίων in margine codicis Emperii m) φιλίτια Philostr. AT ed. Tur. 76 23 ἐν φιλιτίῳ Themist. or. 19 p. 227[b] (φιλητίῳ ed. pr.) συσσίτια .. καλεῖται δὲ καὶ φιλίτια, ἐπεὶ φιλίας ἐστὶ συναγωγά EM 736 50 = Phot. s. v. συσσίτια (ubi perperam φιδιτια [δι supra vs. add.] liber Galeanus) φιλίτια Suid. s. v. Λυκοῦργος et φιλίτια (hic etiam φιλίτια in fr. anon.). Et sic in exemplaribus Graecis legerat Cicero, qui scribit Tusc. V 33 98: 'Quid? victum Lacedaemoniorum in philitiis nonne videmus'.[1]) Quod autem constanter in fragmentis ab Athenaeo servatis dentalis reperitur, expilatori utique tribuendum esse videtur, cf. φιδίτιον IV 139[c] (Polemo) φειδιτίοις φειδίταις 140[c] φιδίταις [e] φειδιτίων 141[a] φειδίτιον [c] (Dicaearchus) φιδίται 141[c] (Sphaerus) φειδιτίοις 142[e] (Phylarchus) φειδίτια 143[a] (Antiphanes comicus II 28 K) φιδιτείοις XI 483[c] (Polemo). Non enim ante Plutarchum forma φιδίτιον in libris occurrit, qui hunc in modum ratiocinatur vit. Lycurg. 12 (inde sua hausit Porphyr. de abstin. ed. Nauck[2] 234 12): τὰ δὲ συσσίτια Κρῆτες μὲν ἄνδρια (l. ἀνδρεῖα nisi malis ἀνδρήια), Λακεδαιμόνιοι δὲ φιδίτια προσαγορεύουσιν, εἴτε ὡς φιλίας καὶ φιλοφροσύνης ὑπαρχόντων ἀντὶ τοῦ λ τὸ δ λαμβάνοντες εἴτε ὡς πρὸς εὐτέλειαν καὶ φειδὼ συνεθιζόντων. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τὸν πρῶτον ἔξωθεν ἐπικεῖσθαι φθόγγον, ὥσπερ ἔνιοί φασιν, ἐδιτίων παρὰ τὴν δίαιταν καὶ τὴν ἐδωδὴν λεγομένων. Itaque ne novisse quidem alteram scribendi rationem videtur philosophus Chaeronensis, quamquam libri eius paulo aliter sentiunt: φειδίτιον Ages. 20 (φειδήτιον Sang. opt.) φιλιτίων Phoc. 20 (-λητίων ed. Iuntina, φιδιτίων B) φιδίτια Agidis vit. 8 φιδιτίοις Cleom. 13 (φιτιδίοις P) φιδίτιον Quaest. conviv. VII praef. 697[e], rursus paulo post VII 9 714[b]: τὰ γὰρ παρὰ Κρησὶν ἀνδρεῖα καλούμενα, παρὰ δὲ Σπαρτιάταις φιλίτια κτλ. Denique legimus φειδίτια Paus. VII 1 8 φιδίτια Hesych. s. v. φιδίτια et διαφοιγαμόρ, cf. ἀφέδιτος ἡμέρα παρὰ Λάκωσιν Hesych. (ἀφίδιτος nunc scribitur, fuerit olim ἀφείδιτος) φειδιτίοις Eust. ad α 225 1413 23.

Quodsi de vocalium quantitate quaerimus maxime perpendendus est Antiphanis locus ab Athenaeo IV 143[a] servatus (II 28 K):

ἐν Λακεδαίμονι
γέγονας; ἐκείνων τῶν νόμων μεθεκτέον
ἐστίν· βάδιζ' ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὰ φιλίτια.

Ibi et φῐλῑτια et φῑλῐτια possumus metiri. Illud suadet Philodemi papyrus, verum quod hoc loco alibique Marcianus praebet quodque Pausaniae et plerumque Plutarchi libri servarunt φειδίτια non admittitur.

Haec fere sunt, quae e libris exhaurias, unde hoc statim apparet, voces illas φιλίτιον et φιδίτιον etiam vocalium vicibus discerni; nam neque φιδείτια scribitur neque φειλίτια. Quod autem φειδίτιον frequens est librorum scriptura, hic memoriam servari perantiquam Plutarchi disputatio demonstrat de voce φειδώ et ἐδωδή cogitantis. At maxima huius quaestionis pars in consona δ vertitur quae unde sit oborta nondum licet

1) 'philitiis' tacite edunt Orelli et Seyffert, quomodo inter Moseri libros tradere videtur pars longe maxima. At in pristinis editionibus 'phiditiis' apparet.

nos perspicere. Illam genuinam haberi vetare quidem videntur Xenophontis Aristotelis Dionysii Halicarnassensis Philodemi Ciceronis testimonia, sed vix a Plutarchi demum auctoribus dentalis in illam vocem introducta sit. Haec melius credo diiudicabimus repertis Laconum titulis.[1])

Idem Athenaei Marcianus plurimis locis quem vulgo Philetam appellamus duplici scribit iota Φιλίτας, id quod rectissime tradi in censum vocatis titulorum aliorumque codicum testimoniis demonstravi Hermae vol. XXXVII pg. 213 sqq.

---

1) De origine huius vocis eruenda desperaverunt Ahrens et Cobet. Sin recte iam veteres vocis φιλία mentionem attulerunt, possis conferre vernaculae linguae vocem 'Liebesmahl', qua utuntur militum praefecti cenam lautissimam celebrantes. Et profecto mea quidem sententia φιλί́της (unde provenit φιλί́τιον) a voce φιλία derivari oportet pariter atque συμμορί́της a συμμορία, neque tamen sum nescius quam difficilis sit alterius vocis φειδίτης explicatio.

LIBER III.

De rebus orthographicis cum iam satis videatur esse expositum, nunc ad ea accedam, quae in vocalium consonarumve commutationibus ad grammaticas potius sunt revocanda origines.[1]) Ordiendum autem videtur ab iis vocibus, quae vocali α an ε efferantur nonnihil refert scire:

μυcαρωτάτουc cτ 2 4.[2])

cιάλων Iatr 35 28.[3])

ὑάλου Iatr 39 18, ὑάλινα θ 39 3.[4])

κύαθον p 1780 pezzo 4.[5])

μυελόc p 353 IX^2 4, 4 11 Iatr 14 39 43 15 25 30 32 22 2 3.[6])

ἐν πυέλ[ωι θ 33 9 (in apographis est ΠΥ$\overset{\epsilon}{\text{Α}}$Λ . .).[7])

πιέ[ζ]ει ρ I 353 5 πι[έ]ζειν οι 9 28 πιέζωνται θδ 157 3 πιε[ζόμ]ενοc ρ p 495 O VII 32 4 cυμπιεζούμενοι πτ 15 8, ἐπεπίεcε (ΕΠ . . ΙΕΞΕ

1) Sunt vero nonnulla, quae infra lib. VIII in formarum conspectu tacturus consilio me hoc loco omisisse velim cognosci, e. g. διάθεμα ἀνήλωμα ὀξυδορκεῖν al.

2) De recentiorum voce μυcερόc cf. Thes. V 1309^b.

3) Haec Attica est forma, cf. KB I 117, GM^3 159. Ad volgares Philo videtur deflexisse, si librorum arbitrio confidimus, qui cίελοc praebent I 41 15 omnes, ex parte etiam 64 7; cίελοc WL 132, cίελον Soran. ed. Rose 194 28, cιέλῳ Hippiatr. ed. Miller 67. Apud novellos α rursus obtinuit, cf. cίελα ἤτοι (sic) cάλια (altera vox interpretatio est volgaris) cod. Monac. 288 s. XIV fol. 43^b in iatrosophio Ioannis Archiatri, τὰ cάλιά μου Theod. Prodr. Rev. arch. 28 (1874) 370 66, cάλοc cάλιον Ducange 1328, hodiernorum cάλιο, cάχλα, cάλε (Schweizer 37 et Thumb Koine 75, qui de universa quoque quaestione conferendus).

4) ὕελοc improbat Phryn. 309 Lob., cf. KB I 117, GM^3 159; ὕαλοc Agatharch. 170 6 Strab. 822 ὑαλᾶ 200 ὑαλίνη 794 ὑαλῖτιc 758 ter, ὑαλίνη CIA II 682 13 οἰαλᾶc III 3436 ὑαλίνα[c Inscr. of Cos 36^d 42 (dial. II^a), ποτήριον ὑαλᾶc (!) PLond II 11 13 (II^a), contra ὑελᾶ II 265 16 (103^p) ὑελοῦν WL 758.

5) κυέθουc LXX Num. 4 7 Vatic. s. V.

6) Hic quoque Phrynichum tenemus indoctorum linguam notantem, cf. Thesaur. V 1243^d, dein τοὺc μυαλούc in Wuenschii tabulis Sethianis 15 65 67 ἀμ]υάλουc 23 19 30 10 ἀ]μειάλουc 31; sed recte μυελόν Strab. 733, μυελούc WL 1530.

7) Cur πύελοc commendaret Phrynichus e titulis demum sumus edocti, qui πύελοc (πυελίc al.) et πύαλοc pariter exhibent. Eis locis, quos Schweizer 37 composuit, permultos addendos vidi e titulis Asiae insularumve, exempli causa πύαιλον BCH XVII 536 πύελον 637 (Nicom. i). Formam proscriptam in libris excepta Hesychii glossa frustra quaesivi (πύελοc Strab. 730 794), donec apparuit in Oribasii opere πυάλουc et πύαλον, quemadmodum fertur lectionis varietas II 375 6 377 4 in verbis Galeni. Praeterea ab aliis monitum est de comicorum voce πυαλίτηc, cf. Eubul. ap. Poll. VII 205.

apogr.) τὸ γένος τῶν ἐπιτροχασμῶν Φ? p 862 Scott Herc. 325 4, πεπιεκώς Δε 69 4, πιες[θείς p 437 IX^2 117, 2 2, πιεσμούς Ε p 1417 VI^2 3 3 ai, at π[επ]ιάσθαι ἡμᾶς Ε p 697 VI^2 63, 4 1 πιασθείς Ε p 697 VI^2 4 1 ἐκπιασμόν Ε ep. 2 pg. 45 9 Us.[1])

Paullo accuratius de voce ἄπλατος agendum: ἀπλάτων ρ II 126 11 283 fr 2 ἀπλάτωι μ[έ]ντοι μ[ᾶλ]λον οι 13 13, tum διαφορῶν γ[ὰ]ρ οὐ[σ]ῶν ἀπλάτων ὄ[σ]ων [ἐ]ν ταῖς τέχναις ρ I 3 12, ἀπλάτων Εα̅ VI^2 7, 14 13, quo loco collato ἄπλα|τα γὰρ ὅσα καὶ τ[ῶ]ν Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλ[λ]ων εἰώθασιν διαφέρ[οντ]α (scil. παριστάνειν) π XI^2 160, 7 25 recte sese habere apparet (ἄπλαστα Gomperz). Quod legitur . . ΠΛΕΤΟΥ πλ? p 1025 X^2 122, 7 2 vix inter certa testimonia recipias.[2])

---

1) De dorica origine vocalis α cf. Kretschmer Entstehung der Koine 19, qui confert Βίαννος Κιάριον ἱαρός al. Iam varia memoriae genera inspiciamus. πιάζω (et πιέζω), ἐπίασα, ἐπιάσθην in libris NT[i], cf. Schmiedel § 5 20, et plane deesse videtur πιέζω in papyris: ληστοπιαστ[αῖς BU 325 4 (III^p) κλέπτην πιάσαι PLond I 70 172 ἐκπιάσματα 67 71 (mag. s. IV) πιάσαι II 328 75 (616^p), cf. ἐπιάσθ[ημεν BCH XIV 97 3 (Halicarn. aet. Rom. in.) πιάση πιάσας in defixione aurigae Bullet. commun. di Roma 1897 103. Hic usus in Ionum libris ubi apparet, memoria culpanda videtur: πιασθέντες Herod. 4 11 dz minoris illi pretii, συμπιασθῆναι Hippocr. V 430 („verdorbene Stelle" Blass), ἀποπιάσας VII 46 FGIJK (-έσ- θ alii), neque Eubulum comicum πιάσματι reliquisse crediderim (sic Athenaei codex III 108^c = II 190 Kock). Quodsi falso Aristoteli tribuit C^a πιασθῇ h. a. 9 622^a 34 et Y^a ἀποπιάζει probl. 9 3 (ἐκπιασμόν de mundo 394^a 28 Q et Stobaei libri I 263 3 Wachsm.), at nullam video causam, cur recentioribus papyrorum formam abiudicemus, cf. ἐκπιάσαντες Strab. 764 (πιέσας Onos. 42 23, πιέσαι fab. Nini 174 11) πιασθέντες Philo II 194 5 G πιάζω Soran. ed. Rose 368 8 πιάζεσθαι 236 24 ἐκπιάσαντες Dioscor. ap. Oribas. I 397 9 AC^1 ἐκπιασθέντος Schol. Soph. Trach. 704 πιάσας Hippiatr. ed. Mill. 15 ἐκπιάσας 51 ἀποπίασον 126 (deest πιέζω) 'prella πιαστήρ' Gloss. Lat. IV 577 60 πιασμόν Trinch. 730 (1126^p). Interdum libris inter πιέζω et βιάζω variantibus facile dissensionis originem intelligimus, cf. var. lect. Polyb. XI 13 9 (Archiv f. Papyrusf. I 389: ἐκπιεσθέντας codd. ἐκβια[σ]θ[έ]ν[τας pap. s. II—III^p) et πιεσθείς Philo I 230 13 (sic etiam Cohn; βιασθείς v. l.); in libro de aet. mundi 21 7 Cum. πιέζονται scripsit Mangey pro librorum βιάζονται. Quae supra e papyris allata sunt, plane otiosam Meinekii correcturam demonstrant in verbis Hesychii: ζωγρεῖται· ζῶν πιάζεται (βιά- Mein.), λαμβάνεται, eodemque fere sensu πιάζω vel πιάνω apud hodiernos quoque adhibetur.

2) Moeridis verba ἄπλατον Ἀττικῶς, ἄπλετον Ἑλληνικῶς quin recte essent comparata multi fuerunt qui dubitarent. Atticorum verum consuetudo quamdiu valuerit alia quoque docent exempla: ἄπλατον γάλα EOe 65, 1 12 (rursus ἄπλαστον corrigitur, cf. Austriacorum editio p. 354) τῆς ἀπλάτου φύσεως PLond I 100 511 (mag. s. III^p) ἄπλατον καὶ ἀμέτρητον WL 1752 (= Orph. Arg. 928 ubi ἀπλήτοις Hermann et Abel). Quod attinet ad Philodemi aequales nihil plane e Strabonis libris potest memorari, Agatharchidi reliquit Photius φόρτος ἄπλετος 136 5 πλῆθος ἄπλετον 142 9 φορὰν ἄπλετον 144 2. At Diodorus me quidem iudice unum ἄπλατος scribere solebat (cf. Vogel I XLV); ut paucis utar exemplis φόρτος ἄπλατος et μέγεθος ἄπλατον scribitur 3 19 50 sed utrobique α in ε convertit classis codicum altera deterior. In LXX quoque versione legimus ἀπλάτῳ καθεστῶτι περιμέτρῳ 3 Macc. 4 11 auctore Alexandrino s. V (ἀπλέτῳ Venet. s. VIII—IX). Quae cum ita sint ubicunque apparet forma ἄπλατος in lectionum varietate pluris habeatur oportet quam Byzantinorum ratio — his enim vocis ἄπλετος studium videtur esse tribuendum —, veluti χίων ἄπλατος rescribas Xen. Anab. 4 11 cum codice F et ἀπλατομεγέθεις Schol. Apoll. Rhod. 3 41 cum Laurentiano. Maxime autem cavendum ne ultro ἄπλετος inferatur, id quod in Porphyrio fecit Augustus Nauck (ed. alt. 130 7 15) praecedente Dindorfio.

De glossa καιάτα (καịατῶν „calamintharum“ Iatr 36 57) vide quae HDiels subtiliter exposuit in verborum indice.[1])

Inde pergo ad vocalium α et η affinitatem: διηνεκῶϲ ρ I 66 11 24 26[2]), τὰ φωνήεντα ρ I 163 2 π VI² 143, 18 8 176, 27 22 πβ̄ 11 4 16 22 al.[3]), .. πρανῶν κ[α]ί κ p 1457 fr 20 14 (nisi me frustrantur laciniae miserrimae).[4])

Inter α et υ fluctuat prima vocis κυλινδέω syllaba; notandum igitur κ]υλινδο[υ]μϵ[ν .. p 1041 tab 6.[5])

Sequitur ὀχυροị ρ II 148 4 ὠχυρῶϲθαι 242 31 τὰ ὀχυρώματα I 334 7, at ἐχυρῶν (verb. adi.) π p 1275 17 3 (incertum utrum in loco poetico necne).[6]) De vocibus ὀλοθρεύειν et ἡμιωβέλιον alio loco aptius agetur

---

1) Strabonis libri (deficit A) habent quidem καιήταϲ 233, sed recte καὶ ὁ καιέταϲ τὸ δεϲμωτήριον παρὰ Λακεδαιμονίοιϲ 367. Ceterum inde fortasse vocalis η potest explicari, quod Strabo Laconum glossam alios secutus assumpsit in detegenda nominis Καιάτα origine, quae urbs apud Romanos Caieta est longo e.

2) Vocem διανεκήϲ quam nusquam servarunt Atticorum libri quamvis asseverante Moeride διανεκεῖ λόγῳ ὡϲ Πλάτων Ἱππίᾳ [301ᵇ] Ἀττικῶϲ, διηνεκεῖ Ἑλληνικῶϲ (alioquin διανεκεῖ· διὰ παντόϲ Hes., ἦ διανεκῶϲ εὕδειϲ fr. Corinnae 9 Bgk³) nunc eiusdem gentis tituli resuscitaverunt (cf. Meist.³ 16) quorum antiquissimum fertur exemplum s. IV a. C. initii. Dolendum vero quod Meisterhans quique eum retractavit neglecta temporum ratione plenum locorum conspectum adscribere supersederunt, quia neque aliarum regionum inscriptiones neque papyri tertiam litteram per α scribunt. De lapidibus cf. διηνεκῆ DS¹ 353 108 (Lebad. IIᵃ) διηνεκέϲ BCH I 55 (Trall. Iᵃ) δ]ιηνεκῆ ϲωτῆρα IMB 321 (Calymni i) διην- Opramoae tabulae 4ᵉ 4 5ᵇ 10 8ᵉ 17 ᶠ 14 9ᵇ 6 20ᵈ 4 etc., de libellis papyraceis, quorum pars vetustior hoc vocabulo usque adhuc eget, διηνεκοῦϲ BU 646 22 (193ᵖ) διηνεκῶϲ WL 1219 PBer 1 35 διηνεκέωϲ 35, εἰϲ τὸ διηνεκέϲ W 1869 130 8 (byz) PLond I 235 64 (s. VIII) διηνεκῆ PGrenf I 98 21 (581ᵖ) PPar 21³ 14 (599ᵖ).

3) Huius adnotationis consilium quo sit referendum ex eis apparet quae Lobeck de formis Doricis apud posteros frequentatis strictim et diligenter disputavit ad Phryn. 639. Etenim τὰ φωνάεντα vel οἱ φωνάεντεϲ saepenumero deprehendi narrat in libris Plutarchi et Sexti Empirici. Cuius rei haud immemor Immanuel Bekker neque apud Plutarchum neque apud Sextum (praebet τὰ φωνάεντα 621 14 16 624 17 625 4 16 627 1 codicis V auctoritate, μὴ φωνᾶεν φωνάεντι ϲυγκρούειν 686 19) insuetam vocalem sollicitavit, quin etiam φωναέντων 627 3 ultro introduxit, pariterque Augustus Nauck ἐκ τῶν φωναέντων γραμμάτων apud Iamblich. vit. Pyth. 242 intactum reliquit. Sed non defuerunt, qui in hac re memoriae diffiderent; nam apud Athenaeum nunc φωνήεντεϲ IX 388ᵇ 392ᶠ scriptum videmus reluctante libro Marciano, neque Wendland οὐ φωνάεντα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄφωνα (sic uterque liber) Philoni concessit III 168 12, quo in auctore φωνάεντα et paulo ante libro A et II 135 11 teste G video confirmatum. Neque hunc usum magici videntur ignorasse scriptores: τὰ φωνάεντα DA 155 pap. B (φωνήεντα pap. P) WL 3181.

4) v. Lob. ad Phryn. 431, πρηνήϲ WL 194 (in senario). Aristotelis lexicographus exscripsit πρανήϲ sescenties, πρηνήϲ ter. Codicum vero hac in causa rara est dissensio.

5) cf. Thes. IV. 873ᵈ 2096ᵃ. Καλινδέω Ionum videtur fuisse forma (testes sunt Herodotus quique multa ex Iade hauserunt Thucydides atque Xenophon). Quemadmodum verbum καλινδέω tamquam exquisitioris orationis exemplum a Byzantinis resuscitatum sit in Procopianis demonstrabo.

6) E papyris adest ὀχύρωμα PPetr 13 2 34 2 35 3 4 10 ὀχυρόω 22 8 120 15 (IIIᵃ). Saepenumero in vocibus ὀχυρόϲ ὀχύρωμα sim. deprehenditur codicum varia memoria, quorum meliores si recte attendi paullum praeferunt litteram ϵ; sic ut in duobus Philonis exemplis constem papyrus 154 29 Scheil praebet ἐχυρότητοϲ ubi

(cf. lib. VIII). Quod autem p 1020 2 21 clare legi ΨЄΥΔΟϹΙ (sic etiam no) pro ψευδέϲι merum scribentis esse errorem existimo.

Denique traditur Κω λ 9 1 sqq. (VI² 119 = O II 263, 7) ἄ̣γθρωπον φακῆν οὐκ ἂν ἑψῆϲαι τοιαύτην οἵαν τε ΡΟΠϹ . ΜЄΝΗΝ (φ supra Π) (i. e. ῥοφω̣μένην) ἡδονὴν παρα̣ϲχεῖν τινα τ[ῶ]ι ῥοφοῦντι κατὰ τὴν γεῦϲιν.[1])

Hinc ad dipthongos progredienti cum duplex disserendi modus possit adhiberi, nam aut singulas dipthongos per se licet tractari aut totam quaestionem ad sequentis litterae naturam institui, illum adhibebo communi utilitati prospiciens, etsi minus rationis habere videtur. Itaque de dipthongo αι prima erit disputatio, incipiam vero a particula ἀεί (αἰεί), cuius usus in singulis voluminibus hic fere est: ἀεί οι 5 5 11 27 19 11 [αἰεί 21 14] υ 10 11 ορ 15 7 19 24 fr 5 31 θδ 159 36 163 5 [αἰεί 165 37] μ 47 11 75 7 ευ 21 8 36 11 (πο[λιὴν ἅλα ναί]ε̣μεν ἀεί 30 2 = Hom. O 190, ubi libri αἰεί) φιλαργ VII² 135, 13 19 β 13 18 επ 10 15 θ? XI² 36, 17 16 41, 22 10 πα 3 20 π IV² 202, 106 8 IX² 27, 3 3 ρ I 101 30 116 20 145 19 149 2 248 5 286 15 381 10 II 11 14 39 6 120 14 125 7 139 1 287 10 [αἰεί I 249 7 (ἀεί tacite Sudhaus sed perperam) 266 35 II 37 20 155 13 207 18] Є p 1191 WS I 30 76 91 [αἰεί ιδ̄ VI² 3 8; in epistulis plerumque ἀεί, sed αἰεί ep. 2 p. 40 16 F] Π 22ᵃ 14 p 1041 X² 145, 8 11 p 986 31 4 Φ? p 1678 17 4 [αἰεί Στ 37 3 anon. p 1013 Scott Herc. 307 4] Iatr 15 14 EOe 64, 3 4 66—67, 1 11 [αἰεί 23, 1 8 42, 2 4]. Propriae mentioni reservavi αἰεί κ VIII 141, 8 6, ubi corrector ut ipse quoque vidi alteram litteram delevit.

Haec particula quomodo esset scribenda cum nondum inter omnes editores vidissem constare, paullo diligentius hanc rem persequendam esse mihi persuasi. In papyris autem inde a Ptolemaeorum aetate (de qua cf. Mays. I 16) tribus tantum litteris illa vox effertur, nisi quod est αἰεί PTebt I 27 80 (113ᵃ) PLond II 164 4 6 (10ᵃ) ἐπὶ τὸν αἰεί χρόνον CPR I 113 141—143 (IIIᵖⁱ; idem est auctor) αἰεί WL 1212 in parte quadam libelli magici, quae soluta est scripta oratione. Iam vero intercalandum est Meisterhansii

---

ὀχυρότητοϲ hucusque volgabatur, et ἐχυρώτερον scribunt II 298 18 MA libri optimi ὀχυρώτερον peiores. Contra in verbo ὀχυρόω primam litteram firmissimam esse comperi neque habeo quod formae ἐχυρῶϲαι apud Isocratem 5 122 traditae addam praeter προεχύρωϲαϲ Cyrill. Alex. in Io. ev. ed. Pusey I 336 29 B s. XII. Sed plura de his in Procopianis dicam. In Iatricis 33 14 ὀρευγόμενοι cum aut ex ἐρευγόμενοι aut ex ὀρεγόμενοι corruptum esse statuat editor illud per rationem grammaticam facilius explicatur.

1) Verbum ῥυφέω quod Ionum esse dicunt grammatici probantque ea, quae Kuehlewein I cxxv ex Hippocratis libris apposuit, alias quoque in usu fuit: ῥυφῆϲαι Ἀριϲτοφάνηϲ Πλούτῳ Antiatt. 113 11, ῥύφημα Oribasii A in fragmento Dieuchis I 288 1, ἀποριφᾶν (!) DA 181 20 pap. A (-ροφᾶν pap. B), 'ῥυφῶ sorbeo' CGloss Lat III 6 20, neque in Byzantinorum lingua interiisse videtur: Ὠορύφαϲ καλούμενοϲ Zonar. III 351 3 (sub Michahele II) Νικήταϲ ὁ Ὠορύφαϲ Basilii I classis drungarius 429 15 (sic AB Scylitzes, ὠρύφαϲ CE, ὠρύταϲ D). Utra ex vocali profectum sit τὸ ἀναρρούφιϲμαν Wagn. carm. graec. med. aevi 166 718 733 ab aliis fortasse docebor. Restat denique ut commemorem ῥοφητικοί Strab. 703 ῥοφητήν 709, ῥόφηϲον PLond I 101 527 (IIIᵖ).

de titulis Atticis iudicium ([3]33): In den Staatspsephismen findet man bis zum Jahre 361 v. Chr. abwechselnd αἰεί und ἀεί; von da an nur noch die letztere Form. Nur in den Dekreten religiöser Genossenschaften begegnet αἰεί noch im II. Jahrh. v. Chr. [AM IX 290 III 7 (200—150[a])]. Haec verba ne quem in errorem trahant duplicem dipthongum crebro reperiri dicendum est in Romanae quoque aetatis titulis qui quidem diligentiorem orationem prae se ferunt: Berl. Sitz. Ber. 1895 892 893 (Mytil. I[a]) IMB 481 339 382 (Ephes. 104[p]) BCH IV 408 (Halic. i) XX 125 10 (Mantin. I[pf]) Wien. Denkschr. 1897 48 nr. 63 21 (tit. Lycius i) Ἐφ. ἀρχ. 1887 111 (i) 1890 146 (t. Hadr.). E quibus omnibus summa deducitur, in scribendi consuetudine apud posteros amplioris formae usum non intercidisse, licet plerumque ad communem normam sit scriptum. Sic iam melius de scriptoribus possumus iudicare quibus olim [Thes. L. Gr. I[a] 937[c]] αἰεί abiudicatum est tanquam Byzantinorum manu vitiose illatum.[1]) Et profecto quemvis si inspexerimus auctorem cuius ampliores exstant relliquiae facile se praebebit forma una hasta adaucta. Atque ut a Philodemi aequalibus mihi sumam exordium[2]), in Diodori bybliotheca cui olim pleniorem dempserat formam Dindorf, novissimus editor ἀεί et αἰεί scripsit prout libri iusserunt (cf. III XVI), plerumque ἀεί traditum videmus apud Strabonem sed αἰεί 12 in libris omnibus, 17 in cod. A et 753 in libris DF (ἀεί Agatharch. 136 7 138 10 174 4 Gemin. 14[abe] 17[d] etc., ἀεί Onos. 35 1 [αἰεί A] 42 26 [αἰεί AB]), frequenter legimus αἰεί in scriptis Philonis (velut I 229 6 in papyro ubi libri ἀεί) et Josephi (ut A 1 6). Auctori libelli περὶ ὕψους restituendum αἰεί cum codice 50 2 51 10 18 56 9 60 16, neque aliter de Luciano sentio, cf. e. g. αἰεί Phalar. 1 8 A Vind. Pseudom. 8 Γ Saltat. 46 𝔄 al.; αἰεί in litteris Graecis scribit Fronto 245 Nab. Iam breviorem esse liceat: αἰεί Dio Chrys. 74 3 8 al. Aristid. ed. Dind. I 13 20 27 al. (ἀεί ubique editor) Nicom. Geras. εἰς. ἀρ. novies (cf. Hochi ind.) Galen. ap. Oribas. I 75 10 78 13 91 5 al. Clem. Alex. paed. 169 18 Alciphr. II 2 16 Anton. Lib. 94 17 (Mart.) Plotin. 32 4 262 15 861 15 928 7 1397 11 (Creuz.) Alex. Aphrod. de an. 4 9 (cf. ib. Bruns) in Ar. an. prior. 151 18 334 21 in Ar. Top. 178 28 215 13 Ptolem. geogr. ed. Did. 14 3 ΧΣΦΨ 17 22 DX Heliod. opt. ed. Paris. 24. Haec quae nullo negotio possum continuare[3]), ad firmandam vocem αἰεί in

1) Eiusmodi correcturam ita non offendi inter Byzantinorum emendationes, ut persaepe contrarium factum vidissem, veluti in codice Arriani quaestionum Epictetearum quater prius iota ab alia manu sublatum est. Quae autem disputat MSchanz de Platonis memoria V, 1 XI (cf. etiam XII IX adn.) in qua manifeste αἰεί perperam pro δεῖ traditum est (ΔΕΙ — ΑΕΙ) ad ipsam potius antiquitatem referatur oportet. Et hercle tot locis in Platonis scriptis vetustior Atticorum forma servatur ut et librarii recentiores quomodo similia suo Marte intulerint facile intelligamus et damnanda sit Schanzii ratio summa cum constantia ἀεί scribentis; accedit quod in Phaedonis papyro (s. III—II) legimus αἰεί 21, 3 1 (ἀεί 3 21 4 17 24, 4 4), idemque praebet Isocratis papyrus de pace 72 110 et identidem Aristotelis volumen.

2) De Thucydide v. Stahl qu. gr. 46, de Aristophane AvBamberg Exerc. crit. in Plut. 2, de Polybio Hultsch ad I 9 2 et Kälker Leipz. Stud. III 229; unum αἰεί nuper in Aristotelis metaphys. edidit Christ plerumque codicis optimi E (s. IX) testimonio adiutus, αἰεί Euclid. ed. Heib. II 4 13 VF III 4 8 14 6 17 F.

3) αἰεί Pappus 27[ies] ἀεί 26[ies], sed incautius Hultsch in indice: „Pappus sola forma αἰεί usus esse videtur.“ Neque scholiographorum linguae ignota fuit illa forma: αἰεί Schol. Hom. A I 151 7 Dind., Schol. Euclid. V 108 7 Heib.

recentiorum memoria satis valent. Et vel ultra Philoponi aetatem (cf. αἰεί in Ar. phys. 569 M εἰς αἰεί 808 28) memoria formae exquisitioris propagata est, quod certius in Procopianis indicabo.

Similis est ratio statuenda vocabuli ἀετός, quod semel tantum in papyris Herculanensibus apparuit: ἀε[τόν ευ 14 19[1]), hucque collocanda nomina Νικαιεύς Ακ 23 5 ai 24 1 Στ 73 5 Πτολεμαιεύς 78 2 Φωκα|έ[ας Ακ pg. 77 13 Mekler.[2]) Sequitur ζεῦγος verborum notissimum καίω et κλαίω: ἐκκάεται μ 69 8 συγκατα]κάεσθαι θ 30 18 πρ]οσεκκάο[υ]σι[ν πα fr 44 3 ΚΛ'ΕΙΝ ρ II *277 fr 13 ἐκκαούσας Є ep. 2 p. 53 8 Us.[3]), κ]λαίειν

1) cf. GM^3 173, Ἀετός Gemin. 12^c 65^a 67^b bis $^{c\,d}$ 69^e bis 70^a ἀετός Strab. 312 420 808 812 823 ἀετοῦ Eudox. 1 1 ἀετόν DPM 13 14; αἰετῶι Philo III 36 1 pap. s. VI (ἀετῷ libri). Id quod docuit BKeil Herm. XX 162 adn. 1 'die Handschriften wahren die volle Form öfter als die herrschende Meinung annimmt' nonnullis illustrabo: αἰετός Xenoph. Anab. I 10 12 VI 1 23 5 2 v. l., saepe in Aristotelis libris veluti h. a. 517^a 2 609^b 7 8 12 26 etc., Diod. 4 15 bis in praestantiore memoria similiterque apud Joseph. B 5 48. Porro αἰετός solita est scriptura Hipparchi codicis optimi L eademque solemnis forma Antonini Liberalis (praeter 85 25 97 10 ed. Mart.), αἰετόν αἰετῷ Eratosth. cat. 36 14 51 11 Ol., αἰετόν Porphyr. vit. Pyth. 29 19, Orig. ed. Berol. I 363 4 17 364 23 365 1 Apollodor. II 119 et sic rursus ut var. l. Luc. DD 4 1 2 Icarom. 22 de sacr. 6 Appian. 1021 8 ed. Mend. Plotin. 514 12 Creuz., nec recte dipthongum sustulisse censendus est Hercher in Aeliani animalium historia, cf. 20 18 23 32 47 20 51 20 24 rel. Perinde iudicandum de vocabulis compositis ἁλιαίετος χρυσαίετος sim. (cf. χρυσαίετον Ael. h. a. 51 22 ἁλιαίετος ὑπ(ὑψι-)αίετος Antonini cod.) et haud scio an LXX versio ἁλιαίετος olim praebuerit; nam codicum Alex. Sin. Vat. ἁλίετον Lev. 11 13 et priorum ἁλίετον Deut. 14 25 (ἁλίαιτον Vat.) nisi e voce ἁλιαίετον contractum non potest explicari. Verum Moeridis verba: ἀετὸν Ἀττικῶς· αἰετὸν Ἑλληνικῶς (cf. Eustath. ad. Il. I p. 21 Ἀθηναῖοι μὲν τὸ κλαίει κλάει λέγουσιν· οὕτω δὲ καὶ . . αἰεὶ ἀεί, αἰετὸς ἀετός) quam nihil valeant tituli docent a Meisterhansio[3] 31 allati (αἰετός αἰεταῖος ἐναιέτιον καταιέτιος παραιετίς inde ab anno 409^a; quod unum obstat τ]ὸ [ἀ]έτωμα CIA II 613 6 (298^a) nisi omnino incertum est at novissimum sane fertur exemplum).

2) cf. $Meist.^3$ 33. Nomen proprium Φωκαιεύς quod non raro e Deli insulae tabulis prodiit cf. BCH VII 111 (267^a) 120 ter (203^a) II 570 sqq. vs. 51 71 (II^a) breviore termino scribitur Φωκαέως VII 108 (281^a) 118 (203^a), cf. Ἑστιαεύς 109 (281^a). Verum haec res ab aliis planius ut opinor exponetur. Interim admonuisse iuvat formae Πτολεμάου BCH XX 184 47 (Aegypt. 114—107^a). Postremo haec velim diiudicentur: καεἰς BCH VI 9 43 (καὶ εἰς corrector; Deli 180^a) καἐκγ[όνοις IMB 450 5 (Ephesi $IV^{a\,f}$) ἔργα [κ]αέπεα Wuensch defix. 84^b 2 (III—II^a) τετρα]καεικοστήν P Tebt I *36 10 ($II^{a\,f}$).

3) Ea quae e papyris ad hanc quaestionis partem pertinent, a libellis magicis subministrantur s. III—IV conscriptis. Quorum amplissimus dipthongum ubique respuit: κᾶε κατακάω καόμενον καομένην παρακάεται WL 2372 1541 1551 1732 1219, tum κατακάης PLeid X 5 39, verum ὑπόκεε 12 9 καιομένους V I 25 καιόμενον PBer 1 340 cf. DPM 1 25 PLond I 70 154 89 177 99 472, denique calami vitium προσκιάεται 92 246. Inde ut ad scriptores me conferam, est quidem καίω in libris Agatharchidis (155 18 189 20) Onosandri (4 8 6 11 10 12) plerumque etiam in Strabonis memoria (146 247 269 316 486 610 695 699 714 716 743 805 823), neque tamen pristina scriptura — nam sic arbitror — ubique remota est, cf. ἐκκαομένην 731 in libris omnibus et κάουσι 743 in codice D, quae melius restitit in memoria Diodori (ut 16 66 19 33 37 38) et Dionis Chrysostomi (ut 36 40 48 1 50 4), nulliusque negotii in aliis quoque auctoribus vetustioris consuetudinis vestigia indagare, cf. κάεσθαι Antig. Car. hist. mir. 40 22 Kell. κάειν Parthen. 27 10 Sak. (καίειν editor) Aristaenet. 142 42 Herch. Galen. ap. Oribas. II 497 12 498 2 κάεται auctor περὶ ὕψους 21 5 (κᾴεται Vahlen) ἐκάετο Luc. v. h. 1 38 ΩΓMut. διακάει Cleomed. 36 8 M κάεσθαι Euseb. dem. ev. 4 14 P καόμενα Themist. paraphras. in Aristot. II 142 19 M. Neque

μ 80 30 κλαίει col 36 41 κλαίοντεc ορ 15 13 ἀποκλα[ι]όμ[ε]νον ρ I 381 3[1]), neque praetermittendum MATAON ρ I *180 13 ANA[Γ]KAOIC *μ 104 19.

Atque in his quidem dipthongum excipit vocalis; verum in una tantum voce consistit disputatio, si dipthongi inter consonas collocatae spectamus rationem: ὀλιcθάνου[c]ιν M? X^2 73, 5 5.[2])

Transeo ad dipthongum ει quae sequente vocali aliquanto facilius quam ea, de qua modo actum est, alteram abiecit litteram. Magnum autem huius quaestionis locum obtinet τέλειοc et quidquid inde derivatur, quarum vocum usum cum raro in hanc rem attendere soleant grammatici accuratius mihi signandum proposui. Itaque scribitur τέλειοc ευ 110 7 (τὴν τελείαν εὐδαιμονίαν) πλ 21 4ai 24 6 π 6 27 fr 46 10 ρ I 6 7 350 10 II 127 8 266 29 μ 8 8 θ 34 10 πε̄ 13 9 34 33 VII^2 157, 1 2 θᾱ 14 8 θδ 145 3 8 154 2 πτ 7 4, verum τὸν μὲν [μὴ τ]έλεον τῆι δυνάμει ρ II 127 3 τε[λ]έαν [ἀν]αλ⟨γ⟩ηcίαν θ 28 19 τ[ε]λέαν . . ἀ[ν]αιcθ[ηc]ίαν 39 22 τέλεον c . . . π VII^2 160, 7 1 τελέου 11 12; deinde τελέωc 'plane' ρ I 56 11 (τελέωc ἐ[c]τὶν ἀπόπληκτοc) 29 25 56 11 82 9 141 4 161 21 330 9 II 10 5 θ 8 14 11 9 20 7 θδ 153 32 160 6 ευ 111 4 136 17 ορ 3 7 16 20 42 40 πα fr 39 6 μ 11 9 57 5 80 10 πλ 23 9 πλ? X^2 129, 18 17 πε̄ 19 11 XI^2 157, 4 6 οι 22 46 ρ VII^2 164, 4 30 κ I^2 90, 8 56 φιλαργ VII^2 125, 2 17 Φ p 57 O I 62, 3 19 EOe 50, 3 4, at ἀπείραcτον τελείωc ρ I 45 4 περὶ ψευδῶν τε[λ]είωc ἀγων[ί]ζεται 41 7 τελείωc ἀνεπιμείκτουc 121 27 (Epicurus est) μὴ] τελείωc ἀπονε[ύοντα II 108 14 τελείω[c] δὲ μ[αν]ικόν

---

solum e papyris magicis quam late hic usus olim patuerit potest cognosci: ὑπόκαε LXX Ex. 24 5 Q^1 ἐκκάει Paroem. 14 5 Sinait. κᾶε Zosimus inter chymicos Berthelotii auctores 224 16.

1) De papyris cf. γυναῖκαc κλαούcαc PPar 34 7 (157[a]) κλάγω (!) 51 16 (ca. 160[a]), κλαιήcει Hyperid. Dem. 40 27 κλαίειc fab. Nini 173 25; in sacris libris occurrit ἔκλααν Sinaitici Apocal. 5 4. Minus hic valuisse dipthongi fugam quam in verbo gemello cum papyri Herculanenses tum alii scriptores probant, apud quos volgarem tantum in modum scribitur, e. g. ἔκλαιον Agatharch. 120 47 κλαίονταc Strab. 503. Quo magis retinendum fuit Arnimio in Dione Chrysostomo κλάειν 23 2 cum teste B (contrarium in modum 8 34 κλάειν scribitur cuncta repugnante memoria) fortiusque potest defendi quae apud Lucianum non uno loco conspicitur varia lectio, cf. κλάειν DM 22 2 iud. voc. 12 de luctu 24 al.

2) cf. ὀλιcθάνον[ταc Mon. Ancyr. 10 17 ἐπολιcθάνω Dosithei ars gramm. Gr. L. VII 433 16 (ὀλιcθένω 17). In codicibus autem si recentiores spectamus auctores forma legitima ὀλιcθάνω multo etiam saepius retenta est quam κάω, cf. κατολιcθάνουcαι Strab. 204 (-αίνοντεc 506) παρολιcθάνει ὀλιcθάνει ὀλιcθάνειν Apoll. Cit. 12 10 27 16 20 10 Schoene παρολιcθάνει Dionys. Bosp. anapl. 14 13 Wesch. (διολιcθαίνοντα 18 1) ἀπολιcθάνει Parthen. 46 9 Sak. tum Joseph. A 19 296 B 2 537 3 173 277 386 4 26 6 95 259 Herodian. ed. Mendels. 8 3 27 3 ut alios omittam. Quae cum ita se habeant quin suo iure Aeliano et Clementi Alexandrino formas in -άνω terminatos Hercher et Dindorf restituerint non potest dubitari, interque alia exempla corrigi debet ἐξολιcθαίνων in [Epicuri] epistula altera 45 6 Us. et cum Ruhnkenio ἀπολιcθαίνειν apud auct. περὶ ὕψ. 5 23. Originem termini -αίνω si quaerimus, advocandus in iudicium posteriorum aoristus ὠλίcθηcα de quo egit Lobeck ad Phryn. 742 (ὠλίcθηνα Nic. Alex. 89) licetque comparari κερδαίνω ἐκέρδανα ἐκέρδηcα. Et primum in tempore praeterito novatum esse mihi videtur, deinde dipthongus recepta, quam aoristi usus commendare potuit; nam cetera verba in -άνω ad unum omnia aoristum quem vocamus primum respuunt.

πε̄ 32 16 τελείως τα[ῦτ]α ποιεῖ μ 33 19. Sequuntur τελειότατος θδ 135 4 ἀτέλειος ρ I 5 36 πα 10 11 τελειότητα fr 56 3 τελειοῦ[σθαι θᾱ 14 7 τελειωθεῖσιν p 862 Scott Hercul. 319 14.[1])

Deinde si vocem πλείων spectamus praeter πλέονος ρ I 365 9 Є p 908 X^{2} 96, 2 2 (cf. πλεόνων Є ep. 2 p. 50 11 Us.) solum in forma πλέον prior syllaba corripitur. Est itaque πλέον πβ̄ 31 11 θ 13 12 πα fr 12 7 οι 10 26 12 42 14 26 18 9 ρ I 262 31 360 4 II 152 2 164 14 β 5 40 ἐπὶ πλέον οι 19 38 p 1186 3 1 — πλεῖον πβ̄ 16 11 π IV^{2} 195, 98 13 πε̄ 9 6 ευ 32 2 108 11 οι 14 17 16 45 19 7 25 36 πρ 21 14 μ 25 11 83 24 91 11 πλ 19 5 ρ I 45 12 143 24 178 22 186 7 II 53 8 144 fr 1 152 2 πα fr 7 6 Φ p 57 O I 66, 7 13 anon. p 1788 VIII^{2} 60, 6 3 πλῆον Δ? p 1012 VII^{2} 27, 40 5 ἐπὶ πλεῖον μ 14 34 105 21 ρ I 119 25 263 21 IV^{2} 207, 101 4 φιλαργ IX^{2} 189, 3 13 p 864 3 6. Et dipthongum ubique servant Iatrica: πλείων 28 15 etc. πλεῖον 11 38 23 23 25 28 34 39 28 34 35 36 37 ἐπὶ πλεῖον 13 36 34 33 fr 1 4.[2]) Porro πλεονεξία ρ II 164 21 Ακ 12 3 p 296 VII^{2} 38, 13 2

---

1) Papyrorum aevi Lagidarum testimonium in hanc rem praeter τελείως ποιήσεις PPetr^{2} 114 3 (c. 255^{a}) non suppetit, Romanorum vero tempore scribitur fere τέλειος, velut BU 48 7 (τελείαν χάριτα II^{p}) 248 15 (I^{pf}) 352 11 (137^{p}) 357 8 358 14 (II^{p}) 266 7 (216^{p}) 418 8 (218^{p}) etc., τελειωθεὶς τετελειωμένος al. BU 44 10 (102^{p}) 472 II 12 (141^{p}) 135 5 (II^{p}) 239 9 (160^{p}) — τελεωθ[εῖσα]ν PAmh II 113 16 (157^{p}), neque ab his abhorret Byzantinorum usus: τέλειος BU 317 2 7 (580^{p}) 314 18 (630^{p}) PPar 21 27 (616^{p}) τελειωθέν W 1889 145 6. Magicorum porro reliquiae etsi plerumque praebent τέλειος sim. tamen interdum antiquioris usus demonstrant vestigia, cf. τελέους DA 170 2 τελεοθήσῃ (!) 172 7. Ratio adverbii separatim spectanda est: τελείως PPetr^{2} 114 3 (c. 255^{a}) WL 786 922 PPar 20 23 (byz) PGrenf 161 1 (577^{p}) τελέως DPM 3 3 μὴ τέλεον ἀνατραπῶμεν POxy I 120 24 (IV^{p}). E quibus locis ultimum maxime attendamus necesse est; nam adverbium τέλεον (τέλειον Sext. Empir. 51 20 Alex. Aphrodis. in Ar. met. 78 13) inde a Dionysii Halicarnassensis fere aetate in usu esse cognoscimus, cf. praeter locos in Thes. VII 196 1^{d} indicatos LXX 3 Macc. 1 22 Clem. Alex. protr. 3 6 18 14 paed. 126 23 strom. II 382 19 Orig. ed. Berol. I 303 16 Ptolem. τετράβιβλος ed. Bas. a. 1536 p. 9 Ioann. archiep. Thessal. acta Artemonis Boll. Oct. IV^{2} 159^{c} Phot. epist. ed. Balettas 140 141 Ph. Meyer Haupturk. f. d. Gesch. der Athosklöster 112 30 Eustath. Thess. Font. rer. Byz. 28 7 29 8 al. (idem τέλεον intulit ap. Strab. 544 pro τελέως), etiam εἰς τέλε(ι)ον dictum est: εἰς τέλειον in lapide Epicurei Oenoandensis 58, 5 9 εἰς τέλεον Geopon. V 7 2 (-ειον L) vit. Eliae Spelaeotae Boll. Sept. III 857^{a} 868^{f}. Videmus igitur veterum τελέως quomodo in τέλεον (εἰς τέλεον) abierit; sed et hanc formam ignorant acta monasteriorum Italicorum, quorum notarii constanter scribunt τελείως, cf. Trinch. 17 (1046^{p}) 42 (1045) 45 (1049) 63 (1084) 141 142 (1130) al. Inde ut ad veteres auctores redeam, ne nimium in hac quaestiuncula morer eos tantum collustrabo, quorum rationes cum Philodemi conferendi munus susceperam. Et ubique quidem τέλειος scribitur (Asclep. 8 1 10 1 Onos. 1 12 Strab. decies), τελείως apud Agath. 149 10 160 4 τελέως 125 4 139 10 150 13. Quantopere autem Augustalis aetas hoc adverbium adamaverit, iam e Philodemi locis perspicuum esse arbitror apteque adiungitur Strabo, in quo τελέως legitur 65^{ies}, τελείως vero non nisi ter apparet, et quidem in omnibus melioribus libris 593 et 596, in codice F 782 (-έως CD). Ascitis denique Atticorum testimoniis huius vocis in temporum decursu fata optime perspicies. Nam illorum tituli ante annum 191 a. C. unum τέλεος praebent (Meist.^{3} 43), utriusque rationis auctores sunt Herculanensia volumina, dipthongus denique obtinuit in papyris inde a Traiani aetate excepto adverbio τέλεον, quod usque ad ultima Byzantinorum tempora propagatum esse videtur.

2) Apud Aegyptios cum et πλεῖον et πλέον dicatur, illud Ptolemaeorum tempore (cf. Mays. I 22), hoc in posteriorum usu praevalere videtur. Illa autem

πλεονεκ[τ.. μ 93 41 πλ]εονέκτημα EOe 16 8, πλεονάκις πβ̄ 24 7 Iatr 13 24 τὸ πλεοναχόν ρ I 50 24 πλεονα̣[χῶς ρ I 287 1 πλεονάζειν οι 26 15 ομ 2 10 π XI^2 164, 11 18 Δε 39 1 Iatr 24 5 πλεοναζόντως πα 2 20 ρ I 93 6 = 100 15 (Epicurus est) II 74 8.[1])

Sequitur δωρεά ρ I 35 11 139 8 ευ 77 9[2]), χρεία ρ I 31 33 51 32 etc. χρειώδης χ 13 4 θδ 137 13 18 ἀχρείως (ipse legi) p 1384 XI^2 60, 9 2 χρέαν (sic legitur dilucide in apographo n) ρ II *280 1[3]), nomina propria

---

aetas etiam hoc habet proprii, quod correptio dipthongi in aliis quoque formis invenitur neque ante brevem solum vocalem, sicuti scriptum habes πλέω PPetr II 14 7 (253^a) πλέους 110 16 (ca. 250^a, cf. Mays. I 22), id quod posteri plane ignorant, excepto scriba quodam Byzantino qui πλέω reliquit PGrenf I 91 9 (536^p). Est vero huius vocis usus eiusmodi, qui Philodemum ab aliis aequalibus paullum discernat, quantum ad formam πλέον refert. Quamquam enim Geminus cum Gadareno facit (πλέον 10^a 19^c πλεῖον octies) et Onosandri rationes in neutram partem praevalent (πλέον 6 13 13 3 33 1 πλεῖον 22 2 36 4, τὶ πλεῖον 25 1 A^1B τὶ πλέον ceteri), tamen alia demonstrat Agatharchides (πλέον 117 14 118 9 141 3 ἐπὶ πλέον 167 10 πλεῖον 140 9 171 14) et magis etiam Strabo, apud quem illud πλέον magno opere praeponderat, cf. 9 10 bis 11 12 bis 14 37 44 51 etc. ἐπὶ πλέον 41 bis 45 47 61 64 65 70 93 al., sed πλεῖον 6 141 146 156 508 530 727 ἐπὶ πλεῖον 19 632 ἐπὶ τὸ πλεῖον 420 ὅσῳ πλεῖον.. τόσῳ πλέον 145, atque varia lectio πλεῖον 475 C (πλέον BD) ἐπὶ πλεῖον 786 EF (-έον D) τὸ πλεῖον 828 C (-έον ceteri). Fidelior ergo Strabo Attici usus sectator, siquidem (cf. $Meist.^3$ 152) πλεῖον ante alterum a. C. saeculum in titulis Atticis frustra quaeritur. Verum extra neutrius generis formam correptio apud illos scriptores raro procedit: πλεόνων Strab. 36 codd. 125 AB (-ειό- C) πλέονος 351 A (-εί- B) πλέους 378 a (πλείους B) 650 F (πλείους CD), πλέονα Onos. 27 AB (πλείονα ceteri). Hisce locis deminuendi rationem non librariis esse imputandam vix est quod certius pronuntiem, caditque multorum editorum ratio, qui eiusmodi lectiones improbarunt; contra eadem Herculanensia volumina formam πλεῖον tuentur, quae identidem e libris pellitur velut Dindorfo arbitro apud Diodorum (cf. I LXVI) et Josephum (Annal. phil. 1869, 837) neque minus subsidii afferunt verbis ἐπὶ πλεῖον quae corrigenda esse statuerunt Dindorf (Clem. Alex. II 267 24 Epiphan. II 412 2 481 13) Mendelssohn (Zosim. 103 4) alii.

1) cf. τὰ πλειονάζοντα DS^1.388 39 (Andaniae 90^a), πλειονάκις PLond I 34 5 (161^a) PVat V 603 (II^{am}) πλεονεξίας (‚voluerat πληονεξίας' Witkowski) PPar 63 68 (165^a) — πλεονάκι(ς) PPetr 52 10 (241—239) PPar 26 22 (163^a) 8 16 (129^a) πλεόνασμα PTebt I 78 7 81 27 (II^{af}) πλεονασμῶ̣ν̣ PLond II 223 45 (I^{pi}), πλεονάκις Rep. Ath. 91 18 Bl^2 πλεονεκτοῦσιν Hyp. Lyc. 8. Perraro autem codices a communi via deflectunt: πλειονάκις Arist. rhet. 2 25 1403^a 1 A^c opt. (cf. schol. Anonymi Byzantini 155 22 156 4 Rabe) πλειοναχῶς top. 1 103^a 25 C πλειονάκις Gemin. 49^c Vat. 381, quae utique auctoribus sunt reddenda.

2) Scriptura δωρειά quam usque ad a. 286^a apud Atticos in usu fuisse e titulis potest colligi (cf. $Meist.^3$ 40) abest ab Atticorum papyris (Rep. Ath. 66 11 Bl^2, Hyp. Eux. 29 39 Phil. bβ 5 Athen. 23 Demosth. epist. 3 3) ne loquar de Aegyptiorum actis (cf. PPetr II ind. verb., RevL 44 3 al.). Sed quoniam in illis titulis iam a. 403^a brevior apparet forma, recte fortasse Stahl apud Thucydidem edidit δωρειάν (cf. qu. gr. 42), verum in Demosthene eandem correcturam esse necessariam vix Blassio concedas.

3) cf. χρέαν (χρέαν et χρείαν vel in eodem titulo $Meist.^3$ 40) PPetr II 138^b 2 (ca. 250^a) χρεακοῖς BU 14 II 9 (255^p); χρεῶδες Lucian. hist. c. 13 AСΩΓPal. (χρειῶδες 𝔄) χρεώδη Epiphan. ed. Dind. II 682 7 cod. V opt. Etiam in voce ἀχρεῖος interdum ι illud exteritur, nam cum sit ἀχρείους PPar 68 54 (I^p ut vid.) ἠχρειωμένον tit. Opram. 13^d 6 (II^p), legitur ab altera parte saepius ἀχρεόω in LXX versione identidem ut Jerem. 11 17 traditum et ἠχρεώθησαν habet NT^1 Claramontanus s. VI fol. 16 13. Rursus χρεῖος et παρ' ἀνδρὶ ἀξιοχρείωι in pap. aevi Lagidarum (Mays. I 23), καταχρείοις Artemid. 88 13 L; καὶ χρειόστηκεν in codice quodam S. Nicephori (Pitra Spicil. Solesm. II 418 10) pro κεχρεώστηκεν debet accipi.

Ἀρεο[π]α[γί]τας μ 104 2 Ἀρεοπαγίτης Στ 42 2[1]), Ἡρακλεώτης Ακ 6 2 7 2 9 11 Στ 10 6.[2])

βραχεῖα (sing.) πβ̄ 5 19 μ 68 31 βαθεῖα ρ I 206 15 cf. θδ 165 13 ορ 25 23 π VI^{2} 181, 32 19 Iatr 5 17 27 16 3 32 15 fr 2 2, ἡδεῖαν Στ 9 3 cf. π VI^{2} 185, 36 13 ορ 42 39 μ 88 9 ρ I 197 22 II 118 13 Iatr 5 12 8 29, βραχείας υ 21 30 cf. ρ I 211 15 πα 18 20 κ I^{2} 6, 5 10 μ 3 9 π VI^{2} 143, 18 6 Iatr 23 14, τραχείαι ορ 27 10, at ἡδέαν π VI^{2} 181, 32 18 (no et sic legi), sed falso τὴν τραχέαν [δ]ιάλεκ[τον 36 13 Neapolitani, cum ipse τραχείαν legissem.[3])

---

1) Consentit Philodemus cum Aristotelis papyro (cf. ΚΚόντος Ἀθηνᾶ III 306; sed τῶν Ἀρειοπαγιτῶν 11 7 Bl^{2} si vera legerunt Batavi). In titulis illa quidem vox nondum apparuit, sed idem valet Ἀρέου πάγος, quemadmodum ter legi Meist.^{3} 43 docet. Vulgata codicum scriptura est Ἀρεοπαγίτης (e. g. Ἀρεοπαγιτικῶν Strab. 260), sed legitur Ἀρειοπαγίτας Plut. Sol. 19 in omnibus fere libris excepto C; Ἀρειοπαγίτου apud Alciphronem ep. I 13 1 complurium testium nititur auctoritate et nobilis ille inter Christianae fidei auctores Dionysius Areopagites ὁ Ἀρειοπαγίτης audit in Chronico Paschali 412 5. Haec testimonia quanti sint facienda, Ciceronis declarat locus ep. ad Att. IV 15 4 ubi quosdam per iocum τριcαρειοπαγίτας appellat (tres ἀρειοπαγίτας M, tres αρειοπαγιται R) neque deest in Romanorum libris forma ‚ariopagites'.

2) Titulorum usum etsi parum adhuc patefactum video (in titulis Atticis est Ἡρακλειώτης semel s. V^{a}, -εώ- semel III^{a}, cf. Meist.^{3} 43) tamen summatim solum tractabo cum multo plura perhibeant syllogarum indices. Itaque Ptolemaeorum aetate, nam altius non licuit ascendere, utraque forma legitur, interque singulas regiones hoc interesse videtur, quod dipthongum magis retinent Dorici tituli quam qui ad aliam dialectum spectant. Romanorum vero aetate brevior scribendi ratio fere obtinet, raraque sunt vetustioris usus testimonia: Ἡρακλειώτης Arch. d. miss. scient. II Sér. II (1865) 432 in Aegypti titulo. Citius papyrorum usum absolvam: Ἡρακλειώτης PPetr I 54 21 (225^{a}, sed Ἡρακλ]εώτης vs. 6) II 115 2 7 (ca 250^{a}) — Ἡρακλεώτης I 33 1 12 (III^{af}) II 154 31 (191^{a}). Itaque in scriptorum editiones bybliothecae Pisonis auctoritas ut opinor nil impedit quominus pleniores formae modo in libris appareant reducantur: Ἡρακλειώταις Thuc. 5 41 BG Ἡρακλειῶται Xen. Hell. VI 4 9 libri omnes Ἡρακλειωτῶν 27 CF^{1} Ἡρακλειώτης sim. in libris de Cyri expeditione constanter codex A (V 6 19 21 26 31 35 VI 2 4 8 17 18 4 23 Ἡρακλειώτιδος VI 2 19) cf. Aristot. Pol. 7 6 1327^{b} 14 S^{b}V^{b}. Apud Diodorum Ludovicus Dindorf (cf. I LII) demum sustulit Ἡρακλειῶται 14 31 Ἡρακλειωτικῶν 26 13, quem fugit Ἡρακλειώτας 13 3, in Strabonis libris absque varia lectione fertur Ἡρακλεώτης 264 308 319 Ἡ. νομός 809 812 τὴν Ἡρακλεῶτιν 642 — Ἡρακλειῶται 543 ἐν τῇ Ἡρακλειώτιδι ib. Ἡρακλειωτικὸν νομόν 789, denique Memnon operis τῶν περὶ Ἡράκλειαν auctor in excerptis a Photio servatis nunc quidem plerumque praebet Ἡρακλεώτης sed Ἡρακλειῶται 226^{a} 36. Utramque scribendi rationem recepit Stephanus Byzantius s. v. Ἡράκλεια (τὸ ἐθνικὸν Ἡρακλεὺς καὶ Ἡρακλειώτης καὶ Ἡρακλεώτης), quin etiam nobilem dipthongi tenemus patronum: Ἡρακλειώτης· τὸ κλει δίφθογγος Herodian II 518 16. Quamobrem non amplius dubium esse arbitror quin pravo iudicio antiquiorem formam insectentur Dindorf Cobet alii, qui inter tot codicum discrepantias nullum credo librarium investigabunt, qui suo Marte dipthongum reponat. Quod vero Nicephorus Gregoras Ἡρακλειώτης scripsit ed. Bonn. I 429 14 in auctore ad Atticorum exempla enixe se applicanti non debet esse mirum. — De gen. Ἡρακλέως Ἡρακλείως sim. in nominum conspectu agendum (lib. V).

3) v. Schulze qu. ep. 49 Blass Ausspr.^{3} 51 (θραcέα γυνή Philemonem comicum dixisse diserte testatur Antiatticista BA 99 24) Rutherford Babrius p. 11. Aegyptiorum papyri in his formis dipthongum raro corripiunt, cf. βραχεῖα (fem.) PPar 63 168 (165^{a}) πλατίας BU 606 5 (163^{p}) πλατεί[α]c 445 6 (II^{p}) βαρείας (sing.) WL 3090 — θηλέαν PLond II 204 4 6 (179^{p}), his fere locis libri: πλατέᾳ τῇ γραμμῇ Xenoph. de re equ. 1 14 codices γλυκέα νοτίς Philo I 12 7 M (inter optimos) ὀξέαν ῥοπήν Joseph.

εἰς ἡδείας ἐπιστήμας ρ II 67 fr 2, cf. 173 fr 11 c 10 5 27 μ 90 3.[1]) τὰ παχέα Iatr 21 50 βαρ]ẹ́α καὶ παχέα 22 25 τῶν ἡδέω[ν (masc.) μ 48 16, verum κοῦφα . . ταχεῖα Є II[1] 2 4 τ[ὰ] β̣ρ̣αχεῖα τῶ̣[ν φ]ωνηέντων π VI[2] 181, 32 7 βαρεῖα φαίνεται εὐλόγως τὰ νεκρά Iatr 32 20 ἃ μέν ἐστιν παχεῖα ἃ δὲ λ[επτά 35 32.[2])

Quodsi dipthongus num alias quoque ante vocalem sublata sit quaerimus, superest ut memoretur ὀθνέων θ 24 2 utriusque apographi auctoritate probatum[3]), dein κατακλέονται ρ II *284 9 (n)[4]) πολιτέας ϲτ O II 325, 64 15 (deficit n), quae tamen revera sint tradita necne nisi qui ipsas adierit papyros non poterit diiudicare.[5])

B 5 88 A[1] ἡδέα (sc. διάθεϲιϲ) Artemid. 17 11 L (opt.) βαρέα μὲν ἡ αἴτηϲιϲ Marci vita Porphyr. 43 4 codices βραχέα Hermog. Walz Rhet. III 302 12 M τραχέα ib. 237 19 Vindob. βαρέαϲ γενομένηϲ ϲιγῆϲ Theodor. h. eccl. I 30 7 A s. XI ἡ δὲ βαρέα Simplic. in Ar. de caelo 163 17 A[1].

largiuntur Atticorum tituli quorum rationes exposuit Meisterhans^3 59, deinde papyri: τοῦ ὑοῦ Hyperid. in Dem. 26 14 (sed υἱεῖc pro Athen. 4) ὑεῖc Dem. ep. 3 13 pap. At Aegyptiorum chartae (de aet. Ptol. cf. Mayser I 29) praeter τοῦ ὑέοc BU 646 17 (193^p) in versione edicti cuiusdam Latini brevioribus formis non indulgent, etsi lapidum consuetudo usque ad alterum tertiumve post Christ. n. saeculum corripiendi usum propagavit paulatim inde a Romanorum aetate rarescentem. Melius itaque cum titulis quam cum papyris coniunguntur codices, inter quos excellit Platonis memoria diminutis formis insignis (scil. in Clarkiano et Veneto persaepe ὑόc sim. a prima manu scribebatur id quod ubique restitui voluit Schanz XII IX) duoque Platonis sectatores Dio Chrysostomus (ὑέαc et ὑεῖc 15 20 M) et S. Methodius (ὑῶν ed. Bonw. 152 11 cod. Coisl. 226), addo ὑόc LXX Deut. 21 18 Sin. ὑέ Ὠδαί 14 13 Al. Ϋ|ΟΙC Ϋ|ΟC cod. Ambros. Pentateuchi s. V p. 349 (ed. Ceriani Mon. sacra et prof. III) ὑέcει (!) Joseph. A 17 147 P s. IX—X ὑέα 154 P ἐφ' ὑᾶcιν A 4 260 L (cf. φυάcιν O) οἰῶν (= ὑῶν) 5 361 R ὑέοc Paus. V 1 4 L^b ὑεῖc Choric. Rh. Mus. 46, 524 8 cod. m. 1 ὑούc Anon. in Arist. eth. Nic. 422 26 B τοὺc ὑεῖc et δύο ὑεῖc Niceph. Patriarch. ἱcτ. cύντ. ed. de Boor 3 16 14 18 τῶν ὑέων Psell. Μεc. βιβλ. IV 278. Et haec quidem praeter LXX locos ad Attici moris imitationem revocare nullos dubito, sed restat ut dipthongi quoque causam illustremus. Nam in recentioribus titulis interdum scribi ὑειόc exposuit GMeyer^3 201 (addas τῷ ὑειῷ IMB 177 11 [Tomis i] ὑειόc Perrot Galatie et Bithynie I 11 [Niceae i] al.) et eiusmodi multa in papyris quoque feruntur exempla inde a s. II^p, velut ὑειοῦ BU 446 20 (158^p) ὑειόc decies legitur (υἱόc nusquam) 392 (207^p) idemque quinquies (υἱόc semel) 639 (208^p), rursus Diocletiani fere aetate tribus litteris illa dipthongus scribi plerumque desiit, cum alterius modi ferantur exempla ὑ̔ειοί pap. Henoch (s. IV—V) 6 2 ὑειῷ PGrenf I 101 6 (VI^p) neque praetermittenda Krumbacheri observatio (cf. Münch. Sitz. Ber. 1898, 248) in carmine quodam Romani hymnographi ὑϊόc trisyllabum esse ob metri leges. Quemadmodum dividitur υἱ|όν ρ I 332 9 multis locis in titulis quoque reperimus (ut υἱ|οῦ BCH XVII 265 aet. rom.) saepius tamen iota alteri adscribitur versui (e. g. ὑ|ιόν X 422 [Thyatiris i] XIV 208 [sacr. Iov. Panam. I—II] PAS III 197 [Cilic. i]), quae discernendi ratio optime quadrat in formam ὑειόc modo commemoratam. Accedunt sacri libri vetustissimi, nam papyrus Henoch praebet ὑ̔|ειοί 6 2 ὑ|ιοί 12 14 ὑ|ιο̃ν (!) 12 6 (sane etiam υἱ|ῶν 14 6), tum disiunctionem huiusmodi: ὑ|ιόc ὑ|ιοί praevalere in Sarraviano supra exposui pg. 16, denique Vaticani corrector hastam in alterum versum traducere solet, cf. p. 17 adn. 3.

1) Et μῦα et μυῖα Atticorum esse dicit Photius, μυοcόβαι BCH VI 32 33 (Deli 180^a); μῦc et μυῖα in gen. et acc. plur. saepissime a librariis confunduntur, quin etiam scripsere μυῖεc: Schol. vet. Lycophr. ed. Kink. 184 10 Geopon. VI 1 4 FM.

2) Ἰλείθυα ter in titulis Atticis vetustioribus, Meist.^{3} 59; Ἀρχὼ Ἐλειθύαι BCH XV 635 (Astypalaeae) Εἰλειθύαc X 259 (Lyc. II—I^a); Εἰλείθυα Photii codex s. v. ὅcιον χωρίου, ἰδιθύαc (= ΙΛΙΘΥΑC) tradunt libri Plutarchi Mor. 380^d.

3) Et hic quoque sicut paulo ante primum de deminuta dipthongo, dein de aucta agam. Atque tituli quae e Romanorum aetate ad nos pervenerunt perraro iota omittunt (γεγονυῶν affert Meist.^{3} 169 ἑcτακύαιc Leb III 648 [Philadelphiae i]), neque singula indicare taedet, cf. διενηνοχυίαc Opramoae decret. (ed. Heberdey) 8^d 4 πεποιηκυίαc 12^d 3 13^e 10 (II^{pm}), tum Mon. Ancyr. 18 9 CIG 4956 20 (49^p) BCH IX 26 (Lytti Cret.) XII 85 14 (Lyc.) XIII 38 39 (Bargyliae I^a) XV 204 6 7 (sacr. Iov. Panamari I—II) 577 17 (Amorgi I^p). Porro neque Aegypti librariis corripiendi usum familiarem fuisse dico, nam εἰδύηc PLond II 185 37 (91^p) et εἰτύειc (!) BU

Neque vero frustra quaeritur in VH Atticorum novellorum consuetudo, qui in eiusmodi participii formis vice dipthongi υι scribere solebant ει.[1]) Utroque enim apographo nititur παραδε[δ]ωκείας c 15 28 (et postea ipse legi) et ἑcτηκείων exscripserunt Neapolitani ex Epicuri volumine X^1 23 1.[2])

---

153 38 (152^p) manui indiligentiori debemus. Legimus autem praeter ea quae infra in nominum conspectu lib. V de scriptura εἰδυίηc γεγονυίηc sim. appositurus sum κατηγγυηκυῖαν PPetr II 55 30 (III^a) διακεκυβερνηκυῖα ἐληλυθυῖα PPar 30 17 18 (172^a) cf. 8 23 13 16 PVat V 601 bis (II^a) PTor I 32 12 34 5 14 36 17 40 5 44 24 (116^a) PLond I 8 25 (164^a) II 14 25 (116—111^a), PGrenf I 35 7 (99^a) 67 6 (96^a), POxy I 45 8 (95^p) CPR I 1 22 (83^p) 13 2 (110^p) BU 19 II 7 (135^p) 462 11 (II^p) POxy I 101 22 (142^p) 91 19 (187^p) BU 139 15 (202^p) 342 vIII 10 (215^p), WL 31 624 PGrenf I 99 36 (581^p). Inde ad codicum memoriam oculos convertamus. Et Attica dipthongi correptio (cf. Meist.^{3} 59 GM^3 202; καθεcτηκῦα legerunt Batavi Aristot. Rep. 11 2 Bl^2) saepenumero in Thucydidis codice C aetatem tulit unde Hude profectus iota ubique sustulit, in Platonis libris est ξυμβεβηκῦ^{ι}α Leg. 736^b A γεγονυ^{ι}ῶν 604^e A διερρωγυῶν Phaed. 86^a G, et ita legit S. Methodius in eo quo usus est Platonis exemplari, cf. e Coisl. 276 lectionibus πεπονθῦαν 33 11 Bonw. πεπτωκύαν 162 8 cυμπεφυκύαc 214 5 (de voce ὑῶν paulo ante egi), deinde data opera indagare licuit προcπεπτωκύαc Polyb. XV 25 8 Q παρεcτηκῦαι LXX 1 Reg. 4 20 Alex. ἐπιβεβηκύειc (= -ύηc) 25 20 id. μεταβεβληκύαc Joseph. A 16 293 A ἐcπουδακῦαν 17 10 P ἠξιωκύαc 18 143 A καταγύαc Paus. IX 30 2 L^b βεβιωκυῶν Procl. ap. Stud. Anecd. II 92 7 ἑωκύαν (= ἐοικ.) Epiphan. ed. Dind. II 280 11 V opt. παντειδύαc παντειδύᾳ Schol. Apoll. Rhod. ed. Keil 312 5 6 Laurent. βεβιωκύηc Act. Apoll. Texte und Unters. XV 116 14 cod. (s. XI—XII) παρωχηκύων Vita Aesopi ed. Eberh. 258 12 EH εἰωθύ|αν Geopon. XII 41 2 F προβεβηκύαc XVII 10 4 F. Neque insignius novi exemplum quam Philoponi in Ar. phys. codicem optimum Marcianum 220 s. XV (K) alias quoque in rebus grammaticis memorabilem: ἀπειληφῦαν 362 3 ἐφε⟨cτη⟩κῦα 407 32 πεπονθῦαν 321 31 κεκμηκῦαν 423 9 πεφυκῦαc 443 14 νενευκῦα 449 23. Verum recurrendum ad papyros, ubi eget adhuc explicatione verbum ἐνεcτηκυ|ίαc ρ I 65 30 more insolito inter duos versus divisum, quocum consociandum ἑαλωκυ|ίαc codicis Vaticani Hesai. 30 13 a diorthota correctum (cf. supra pg. 17). Ac titulorum in hac causa usus est nullus, in Aegypto scriptum καταπεπτ]ωκυεῖαν BU 282 7 (II^{pm}) μεμενηκυεῖα CPR I 27 22 (190^p) εἰδυείηc BU 405 24 (348^p) POxy I 86 26 (338^p), atque in sacris monumentis πεποιθυεῖα Ierem. 30 4 Sin. ἀπολωλεκυείων 1 Reg. 9 20 γεγονυείαν 2 Macc. 10 12 Alex. εἰδυεῖα Sap. Sal. 9 9 C s. IV, neque alienum ab hac quaestione Εἰλειθυείαc Zosim. ed. Mend. 62 9 cod. (s. XI). Et apices quoque observari oportet: ΓΕΓΟΝΥΪΑΙ CPR I 1 22 (83^p) ΜΕΤΗΛΛΑΧΥΪΗC 134 10 (II—III) ΑΝΕΩΓΥΪ|ΑC WL 624 ΠΕΠΡΑΚΥΪΑ PGrenf I 99 36 (581^p). Ergo quae inter voces υἱόc et τετοκυῖα intercedit ratio in universa linguae Graecae memoria perquam similis est, nec tamen ubique eandem fuisse dixeris. Facilius enim in titulis illud iota e voce υἱόc retractum esse videtur, quod fortius locum defendit in termino verbali, contra in scriptorum consuetudine Attica correptio magis in participio conspicitur. Verum hanc discrepantiam si modo est levem utique habeo.

1) cf. Meist.^{3} 169; exempla e titulis Heracl. Theraeis Orop. Smyrn. congessit GM^3 203.

2) Respuit hunc usum lingua volgaris a papyris patefacta quam sententiam non evertit εἰδείηc CPR I 7 12 (227^p). At magno cum fructu codices pervestigantur recentiorum maxime auctorum: εἰλαπίνῃ τεθαλείῃ Hom. λ 415 Athenaei epitome II 40^f ἑcτηκείαν Diodor. lib. XXVI—XXX fr. 7 ed. Romana excerptorum Vaticanorum fons εἰωθείαc Athen. περὶ μηχ. ed. Wesch. 4 2 O^{2}T Philo I 176 16 F III 226 22 F πεπορνευκεία Philo ap. Euseb. pr. ev. 389^c C ἑαλωκῖαν (!) Dio Chrys. 61 6 U opt. πεφυκείαc Joseph. A 2 64 R πεπονθείαc 15 167 epitomae (ed. Niese p. 243 4) cod. Busb. cυμπεπτωκείαc Plut. Lyc. et Numae comp. 4 F^a τετευχεῖαι Nicom. Geras. intr. ar. 122 15 ed. Wecheliana codicis instar οὐκεία (= ἐοικυῖα) Galen. ap. Orib.

Perlustratis eis dipthongis, in quibus iota alterum locum obtinet, cum disputatio converti oporteat ad dipthongos αυ ευ ου, incipiam a verbo παύω, quod ter scriptum invenitur: παυομένηc ορ 27 30 προcαναπαυόμε[ν]οc πα fr 71 12 παυομένων Στ 30 6.[1])

Deinde in pronominibus αὐτόc ταὐτό cεαυτόc ἑαυτόc inferioris aetatis Graecos ἀτόc τἀτό cεατόc ἑατόc et pronuntiasse et saepe etiam scripsisse dilucide post alios docuit WWackernagel KZ XXXIII (1895) 2—21 61—62, cui omnis adhuc papyrorum notitia defuit. Deprehenditur autem in Pisonis voluminibus τἀτόν Δ*π 18ᶜ 13 τἀτό Δ*ε 43 5 66 4 τἀτῶι 58 5 τἀτὸ ὁρᾶιc (?) p 1413 4 3 εἰc τἀτό Ε? p *908 X² 97, 3 3, ἑατοῖc ρ I *213 21 καθ' ἀτά *Π 18 2 ΕΑΥΤΟΝ ρ II †2 7 ΑΥΤΗΝ *ευ 104 3 (verum sensus non constat) et fortasse huc spectat . . ΑΥ . . Ε p 54 1 4; num sit legendum τ[οῖ]c ἀτοῖc επβ̄ O V 10 52, 21 9 prorsus nescio. His autem se aggregant *Iatrica: τἀτό 5 25 18 15 31 6 17 32 36 36 35 (ταὐτό 22 26 τὸ αὐτό 7 25 37 9 38 17) τἀτά 7 34 37 23 (ταὐτά 22 42 31 20) ΑΥΤΟϹ (= αὐτόc) 18 38 (αὐτόc 11 33 ὁ αὐτόc 8 12) τἀτοῦ (ut Dielsii est suspicio) 27 53; verum non solum ubique uti par est scribitur αὐτόc αὐτοῦ etc. (54er), sed etiam quod maxime notandum esse videtur constanter in pronomine reflexivo servatur dipthongus, cf. αὐτόc 27 3 5 17 37 41 ἑαυτόc 6 6 12 12 13 13 16 14 18 21 22 39 24 6 27 16 30 8 37 41.[2])

II 673 10 C cυνεcτηκεία Theo Smyrn. ed. Hill. 148 10 cod. προβεβηκείαν Hephaest. Theb. astrol. ed. Engelbr. 67 10 P νενευκεῖα Anonymi expos. geogr. comp. ed. Wescher § 8 cod. ἀπωλολίαν Epist. Pilati ad Herodem Texts and Studies V 1, 67 8 cod. πεποιθεῖα Theodoret. h. eccl. II 1 2 A (s. XI) B (s. X), aliaque exempla e Byzantinorum aetate proveniunt in Procopianis memoranda. Hisce locis omnibus de probitate testium constat, solum ἐοικεῖα Demetr. περὶ ἑρμ. ed. Walz IX 160 a Riccardiano altero codice illo minoris pretii video tradi. — Accedant alia consimilis farinae: νεκεία (= νεκυίᾳ) Herodian. hist. ed. Mend. 123 25 A Εἰλήθεια Harpocr. s. καταπλήξ cod. B (ἀλήθεια ASYP εἰλήθυια MGR recte) Εἰληθείαc Paus. II 5 3 A^g V^b 22 6 A^g 7 L^a III 14 6 A^g Εἰληθιόπολιc Steph. Byz. s. Εἰληθυίαc cod. R.

1) ἀναπαόμενοc CI 5984 A 3 ἀναπάεται 6595 4 affert Schmiedel § 13 9 adn. 9, cf. ἀπολάουcαν in Opramoae lapidibus 20ᵈ 10 (IIpm) Ἄουcτοc POxy I 35 2 (223p) πάε πάε Hippol. ref. haer. 156 56 cod. m. alt.; de voce ἀώλια, pro qua αὐώλια scribitur PPetr II 36, 2 7 (IIIa), cf. Mays. I 30. Contrarium vitium τέκνω Χρυcέρωτι αὐώρω BCH XVII 319 (Apameae). Singulare adhuc in papyris Κρατίου (= Κλαυδίου) BU 713 42 (42p).

2) Quod modo de Iatricis observavi plane adversum est Aegyptiorum rationi, qui constanter scribunt τὸ αὐτό velut PPetr I 66 4 (IIIa) II 14 (255a) 118 6 27 (ca. 250a) PTor III 6 17 14 17 (IIa) BU 397 15 (67p) CPR I 9 9 (271p) 13 7 (110p) 179 12 (I—II) POxy I 123 16 (III—IV) 135 20 (379p) PLond II 325 17 328 73 (613p) etc. (crasis semel adhibetur: ταὐτό DA 179 19 s. III—IV), at in pronomine reflexivo litteram υ ab anno 19 a. C. hinc inde omittunt, cf. ἐματόν PGrenf I 78 7 (19a) 78 5 (18a) Gött. G. N. 1892 116 (pap. Aeg. aet. christ.), ἑατῆc ἑατοῖc BU 197 5 22 (17p) ἑατῶν PLond II 167 17 (14p) ἑατοῦ 149 5 (15p; sed alterum apographum praebet ἑαυτοῦ) ἑατῆc 218 15 (cf. Class. Rev. 1898 435; 23p) ἑατοῦ ἑατῇ ἑατῆc BU 183 3 6 29 (85p; verum ἑαυτῆc 12 13 15 18 21) εἰ δὲ οἶδεc cατῶ 380 16 (IIIp) ὁ δεῖ cε γένεcθαι, μὴ cατὴν ἀναγκάcηc WL 2322 (cf. Class. Rev. 1898 435; 346p), addo e Demosthenis papyro s. IIp ἑατούc epist. 3 23, unde sub primam potissimum Roma-

His expositis alteram dipthongum quaestioni non ante subiciam, quam de ratione quae quidem inter αυ et ευ intercedit pluribus docuero. Qua in causa duae sunt voces, de quibus proprio loco moneri oporteat, quarum altera est πέτευρον. Nam cum πεταυ[ρι]ζομένων edidisset Sudhaus ρ I 74 14, recte in altera editione dipthongum ευ revocavit quam indicant Neapolitani Oxonienses papyrus denique ipsa a Sudhausio inspecta.[1]) Neque in altera voce Epicureorum volumina volgarem usum receperunt: ἔρευναν ρ IV² 204, 94 18 ἐρεύν[ης ρ I 97 20 διερεύνη[σιν Ε WS I 31 135 (τὴν ἔρε[υν]αν EOe 37—38, 2 12).[2]) Quam-

---

norum aetatem in Aegypto illum usum valuisse apparet. Discernendum autem esse statuit Wackernagel l. l. inter τἀτό ἑατοῦ sim. et merum pronomen αὐτός, quam ad sententiam probandam titulorum maxime consensum adhibuerat. Sed sunt etiam quae contra afferri possint: εἶναι ἀτῶι γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν Ἐφ. ἀρχ. 1892 47 (Oropi IIIᵃ!) ἀᵘτ[ῶν PLond I 41 167 παρ' ἀᵘτοῦ 42 131 (158—157ᵃ) ὑπὲρ ἀᵘτῆς PLond II 177 7 (IIᵖ) τὸν ἀδελφὸν ἀτοῦ BU 665 II 7 (Iᵖ) πρὸς ἀτὼν (= αὐτὸν) Ἀπίωνα CPR I 198 9 Ἀτοκράτορος ib. 5 (IIᵖ) ὑπαὶρ ἀτῶν BU 13 21 22 (289ᵖ) καταδεθήτω ἀᵘτοῦ ἡ φρόνησις PLond I 75 313 (III—IV) ἀπὸ ἀτῶν II 278 13 (346ᵖ) ἐξουσία ἀᵘτοῦ 283 18 (346ᵖ), neque ex eis quae codices praebent discrimen erueris: καθεατόν (sic) Aristoph. Eq. 513 Ravennas 'eatu' Lactant. div. inst. VII 18 cod. H qui graeca litteris latinis solet reddere, ΟΥΤΑΤΟΝΕΙΔΟΣ Cic. ad Attic. XIII 11 1 Mediceus, χἄτη (= χαὔτη) Soph. Ant. 426 Laurent., τὸ δ' ὑπ' ἀτῶν μέσον Euclid. ed. Heib. III 130 12 P (s. X) m. 1 καταυτόν Archim. I 466 17 cod. τὸ πολλαχοῦ κατασκευαζόμενον ἀτῷ δόγμα Philo III 162 11 B μεταᵘτούς Joseph. A 3 70 S ὑπάτηι (!) Callisth. ed. Meus. 1 49 cod. ΗΟΡΑϹΙϹ ΑᵞΤω Sinait. ed. Tischend. vol. II 74 53 ἀλλ' ἀτό Philop. de aet. mundi 623 13 cod. s. IX—X. Et quia Byzantinorum papyri in hac re communem usum sequuntur, hisce in lectionibus antiquitatis vestigia cerni probabile est. Neque tamen quae modo protuli adeo valere existimaverim, ut Wackernageli partes infringant, potius quod certis in formis usu venerat mox etiam in similibus adhibitum esse videtur; neque forte fortuna esse factum arbitror, ut in papyrorum copia plenior scribendi modus nusquam in pronomine reflexivo restitutus sit, sed alias quinquies.

1) In titulo vetusto legitur γράφοντα ἐν πετεύρωι CIGSept. 235 42 (Oropi 387—377ᵃ). Deinde codicum testimonia ad hunc modum digerenda. Dipthongus ευ quam Aristophani (fr 839 K) expressis verbis tribuit Photius tradita est ap. Theocr. 13 12 Polyb. VIII 6 8 Maneth. 4 278 Galen. protr. 9 Hesychium, tum αυ his locis plerumque in Thesauro indicatis: Plut. an vitiositas suff. 498ᶜ Cyrill. Phot. Suid. Zonar. Auct. act. Philorom. 14, 7 6 Philothei comp. exalt. crucis 126ᵈ Gloss. Laodun. 96, denique non deest varia lectio: πέτευρον Poll. 10 156 C (-αυ- AB quos libros aperte falsos esse Photius demonstrat qui idem de Aristophane refert) Lycophr. 884 ABDE (-αυ- C) πετεύρων Nic. Ther. 197 ΠGLM codd. opt. (-αυ- cett.) πέτευρον LXX Prov. 9 18 Alex. Sinait. Vatic. (-αυ- Sinaitici et Vaticani corrector) Clem. Alex. paed. 382 26 P¹ i. e. codicis Arethani (s. IX) manus prima (-αυ-P² cett.). Quamquam igitur tituli illius Oropii forma utique potiores habet testes, tamen altera ratio admodum sit antiqua necesse est siquidem Latini libri ad unum omnes dipthongum eu ignorant. Adsunt loci Petronii Martialis Iuvenalis Festi Nonii (cf. Georges. s. v.) quibus subiungo 'pitaurum' 'pitauristanus' Comment. not. Tir. 107 62 63 ed. Schmitz.

2) Verbum ἐραυνάω adhuc e sacris libris cognitum est, cf. Schmiedel § 5 21ᵃ Gregory p. 81 Buresch. Rh. Mus. 1891 214, ἐραυνῶντας epist. Barnab. 4 1 Sinait.; de codice Ephraemi Syri cf. Tischend. praef. 22 et de LXX (hic αυ plerumque Alexandrinus et Vaticanus scribunt) Schmiedel et Gregory l. l., tum ἠραύνηκας in cod. s. VII et ἐξεραύνηκεν in alio libro s. IX Tischend. Anecd. sacr. et prof. 7. Utroque modo tituli et papyri: ἐ]ρευνῶσιν CI Boeot. 2415 3 (Thebis IIᵖ) — ἠραύνησεν CI 2347ᶜ (Syri i), ἐρευνησάντων PPar 35 9 ἐρευνᾶν 16 ἐρευνήσαντες 27 37 10 (163ᵃ) ἐρευνηταί 60² 15

quam una fertur papyrus, quae non ubique recte inter ευ et αυ distinguat. Tenemus voluminis inediti 1647 fragmenta quae continent anonymi geometrici libellum, in quo multum agitur de lineis directis (εὐθεῖαι); hic emersit τῶν αὐθήω̣ν 16 3 τούτων παρε[κκειμέ]νων αὐθήων 16 19.[1])

Inde iam facilem mihi ad dipthongum ευ paravi viam. Atque nusquam illa in ϵ conversa est nihilque sunt facienda πομπε⟨ύ⟩|[ειν πα 1 27 (n) et μνημονε⟨ύ⟩cειν β 2 9 (n) quibus locis Neapolitanorum fides aut falsa aut incertissima est.[2])

Certius est ἱκετεουcά[cηc *ευ 34 11 quod non fugit GMeyerum Gr.^{3}

(ca. 162^{a}) ἔ]ρευναν PTebt I 38 19 (113^{a}) al. — τὴν ἔραυναν ποιούμενον POxy I 67 18 (388^{p}) ἐραυνᾶν II 280 30 (180^{p}). Atque quem in modum Philonis Josephique memoriam saepenumero in grammaticis consentientem invenimus, hic quoque similiter comparata est. Nam Philonis papyrus in libello τίc ὁ θείων κληρονόμοc inscripto constanter praebet αυ: ἐραυνᾶται (= -ᾶτε) 159 29 ed. Scheil ἔραυναν 161 2 179 8 ἐραύνηcον 163 20, in libro de sacris Cain et Abel est ἔραυναν 206 18; porro in Josephi memoria extat ἐρ××νηται B 1 599 R (ευ in ras. cod. Lips.) διεραύνων 5 425 V^{1}R^{1} ἔρευναν 435 (ευ in ras. A) ἠραύνων 551 V^{1}R^{1} ἐραυνῶνταc 571 V^{1}R^{1} Lips. (-ευν- V^{2}R^{2}PAMLC) ἠρεύνηcε A 10 69 (ευ in ras. S). Deinde suppetit ἐξεραυνᾶι in codice celeberrimo Palatino Anton. Liber. 105 12 ed. Mart. et διεραύνειν Aristot. h. a. 8 17 PE^{a} (διερευνεῖν A^{a}, διηρεμεῖν C^{a}; διευρύνειν O^{a} et sic Bekker). Eodem spectat ἐξερανούντων Joseph. A 3 4 M ἐξερανῆcαι ἐρανᾶται ἀνεξεράνητοc Joh. Damasc. de haeres. Patr. Gr. 94, 780 cod., quorum librarii cum repperissent αυ quid subesset rationis nescii dipthongum sustulerunt de voce ἔρανοc cogitantes. Formae per αυ scriptae si vagis finibus uti licet quattuor prioribus p. C. saeculis in usu fuisse videntur a Byzantinis rursus ignoratae, cf. ἐρευνήcαντεc Cusa 80 ἐρεύναc 289 (s. XI) etc., neque vero Schmidio aures dandae verbum ἐραυνάω Judaicis nominibus vindicanti GGA 1895 40.

1) cf. κατιαραύcειε tituli cuiusdam Elei Inschr. v. Olymp. 2 2 quod cum verbo λατραιώμενον 1 7 componit Dittenberger p. 7 quippe Eleis dipthongi vocalem ϵ in α mutantibus. E lapidibus Therae insulae (CIMAe III) nuper accessit Αὐήμε⟨ρ⟩οc *458 (aet. Rom. init. ?) αὐεργέταν 865 (c. 102—116^{p}) αὐνοίαc 530 ('primi aut ineuntis alterius p. Chr. n. saeculi'). E papyris adest πραγματαυτοῦ BU 383 4 (II —III), e libris cκαλαύειν Athen. X 452^{d} Marcianus. Apud Byzantinos vetustiores vocis εὐνή prima littera in α nonnumquam mutatur, cf. καταυνάζων Syncell. ed. Bonn. 708 18 A (s. XI), καταυνάcαc Theoph. chron. ed. de Boor 287 22 d (opt. s. X) καταυνᾶcαι 289 27 dg καταυνάζειν 485 25 δ καταυνάcαc 495 26 δ, 'ΑΚΑΤΑΥΝΤΟC implacabilis' Gloss. Laodun. 39 (ἀκαταπράυντοc Miller, sed latet ἀκαταύνητοc), quocum dubitanter coniungo ὑπ' αὐνήν· παρ' Ἑκαταίῳ· Φιλιτᾶc Hesych. Acta monasteriorum Italicorum rursus ευ scribunt, cf. cύνευνον Cusa 636 (s. XII) al.

Et hactenus de dipthongo ευ in αυ commutata; contraria est ratio in his: Κλευδίου PLond II 87 3 (156—157^{p}) γλευκίcαι PLeid X xiv 9 (III—IV) κεκευμέναc (= -αύ- ?) xii 34 Ἐπευξήcεωc BCH XVI 217 24 in tit. sepulcrali s. III^{p} Καλευρείαι (sic) Demosth. 49 13 14 18 20 Parisinus Σ ἀναπεύεcαι Krumbacher Mittelgr. Sprichw. Münch. Sitz. Ber. 1893, 99 cod. E ταυτάζω factum est τευτάζω 'idem dictitare', quam formam lexicographis debemus, eque duobus titulis recentioribus Dieterich p. 10 exscripsit εὐτοῦ εὐτούc, atque idem testis est in nonnullis hodiernae Graeciae regionibus dici ἑτόc ἑττόc, cf. 272 279 288.

2) cf. GM^{3} 191 WSchulze qu. ep. 47 adn. 5 511, adde βουλεόντων DI 2267 1 (Delphis I^{a}) ἡγε[μο]νέοντοc Perrot Bithynie et Galatie I 232 (Ancyrae i). E papyris promo cκεοφύλακαc PPetr II 39 5 (258^{a}) γιτνέ|ουcα BU 875 16 (II^{p}) ἀγνέουcα 1 17 20 (III^{p}), similiterque scribunt interdum libri. Ante consonam vero illa dipthongus multo rarius deminuitur: χέcομαι et ἐλογῶν KE 816 3 BCH VII 504 2 apposuit WSchulze qu. ep. 97 515, addas Πολυδέκηι PPar 45 6 (153^{a}).

189[1]) et apte ex eodem volumine confertur ἐμύθε|ṳcαν 51 6.[2]) Neque tamen ευ et εβ permiscentur veluti in titulorum usu venit formis κατεcκέβαcα εὔδομον.[3])

Inde ne morer Iatricorum vitia[4]) ad dipthongum ου me converto, quae licet in locum vocalis ο nusquam sit substituta[5]), non uno loco simplici litterae cessit: ἀφαιρόμενον *π VI^{2} 161, 12 8 (sic n; ΑΦΑΙΡΟΜ .... ο) καὶ πόcοc αὐτοῖc νο[μίζο]μεν ἐπιχαρήcεcθαι cπουδαίουc *θ 22 5 n (in ο discissa videtur papyrus inter ο et c) ΛΟΓ$\overset{\Upsilon}{\mathrm{O}}$C *ευ 97 14.

Vetustum in notanda dipthongo usum usque annum 270—262 a. C. adhibitum esse demonstravit Meisterhans^{3} 6 adn. 22 neque ipse e recentiorum titulis novi exempla nisi perpauca: τοὺc .. καθέτοc DS^{1} 353 18 (Lebadeae II^{a}) ὀχί EOe 45, 2 10 ἐχοcῶν Edict. Diocl. 47 32. Multo plura offerunt Aegyptiorum chartae inde ab altero a. C. saeculo[6]), cf. de aet. Ptol. Mayser I 31 adn. 228[7]), dein ὀδέ BU 98 21 (143^{p}) καμήλοc $\bar{\epsilon}$ et λοιπ]οὺc καμήλοc $\bar{\delta}$ 421 (159^{p}) τοῦ .. μέροc 419 10 (276^{p}) τὴν οἰκομένην WL 1323 λιπόcηc DA 180 6 pap. B ὀλολυγμόc (acc. plur.) 252 13[8]) ἐὰν βοληθῇc PPar 21^{2} 19 (590^{p}), sequantur sacrorum librorum testimonia ὀκ Exod. 7 23 Hesai. 40 16 Jerem. 12 3 22 12 ὀχ Hesai. 58 7 Sinaiticus s. IV, δύο δακτυλίοc Ex. 30 4 τοὺc δύο ὑιόc 4 Reg. 4 1 δολείαι Ezech. 29 18 τοῦ ἡγομένου 2 Macc. 14 10 ὑφαιρόμενοι ep. Jerem. 9 Alexandrinus s. V, ὀκ εἰcήκουcεν cod. Pentateuchi Ambros. s. V fol. 36 δύο δακτυλίοc 86 ΑΥΤ$\overset{\Upsilon}{\mathrm{O}}$C 348 (corr. m. 2) ὀδέ pap. Henoch s. VI col 13 4 ὀκ 14 13 ὀρανόν 9 τὸc ἐγρηγόρουc 14 1 (sed θρούνου 24 3). Hiscum iungi debet palaeographica quaedam observatio. Nam Graeci sequiores cum varium in modum dipthongum ΟΥ abbreviare stude-

1) Ibidem multa e titulis conlecta, quae continuanda aliis e scripta memoria petitis: Ἀλθεούc PLond II 317 23 (ca. 350^{p}) κεραμεούc βαφεούc 331 12 13 (VI—VII), κεραμεούc LXX Hes. 42 25 Sin. γραμματεούc ib. 36 3 Sin. Ἀλέξανδροc ὁ χαλκεούc NT 2 Tim. 9 14 Claramontanus s. VI ante rasuram.

2) cf. e titulis aetatis Romanae κατεcκε|ύαcεν BCH XVII 248 (Phryg. 256^{p}) 276 (Phryg.) ἐπιcκε|[υ]άcαc 271 (ib.) ἀπαγορε|ύω 546 (Bithyn.) ἀπελε|υθέρα XVIII 434 (Amphipoli) al.; ἐπιχώνε|υcον λε|υκόν PLeid X xi 19 28 (s. III—IV).

3) cf. Schulze qu. ep. 511 GM^{3} 193.

4) θηροταί 33 29 κεκομψομένη 28 11 (cf. Diels praef. XI); alia menda sunt cτοιχοίων 14 40 νοcοπειεῖν 13 23 de quibus in Procopianis monebo. — Formae cιτομεύληc (= -μύληc) PLond II 332 18 (s. VI—VII) nil novi simile nisi forte κεκευμένοc = κεχυμ. PLeid X 12 34 (s. III—IV), quod tamen melius per κεκαυμ. intelligitur. — Rursus de familiaritate inter ου et υ cf. Mays. I 31, βυκόλοc PLond I *28 7 16 17 19 (161^{a}) βυγλού(ccου) *89 173 (III^{p}) — ἐρημοφουλάκια II *84 2 ἐρημοφούλα⟨κα⟩ν 3 (145^{p}).

5) cf. GM^{3} 117 qui exceptis dialectis praebet cτουάν IHS VIII 395 23 (Phryg.); ex Aegypto allatum τετρόβουλων (= -όβολον) PLond II 217 8 (23^{p}; pessimus est scriba) ἀπουχῆc 200 1 (48^{p}) cυλαβούμενοι DPM 12 20 ἐπίβουλοc 7 21.

6) In antiquissima Platonis papyro legimus τὸc πολεμίο[υc] τὸc ἐν τῶι ὁπλιτικῶι ἀνδρείουc PPetr II 172 12 (pap. Lachetis s. III$^{a\,i}$), qui locus ab aliis discernendus: T$\overset{\Upsilon}{\mathrm{O}}$C Aristot. Rep. Ath. 50 21 Bl.^{2} ΤΟΥCΤΡΙΗΡΑΡΧ$\overset{\Upsilon}{\mathrm{O}}$C 89 13 ὀδεμία (?) Hyperid. in Eux. 23 ὁ γάρ 25 ὀδέ Hom. Ω 26 pap. Mus. Brit. 128; ΟΔΕ (= οὐδέ) Frontonis ep. 259 Nab.

7) Omisit πολõντοc PPar 40 17 (156^{a}).

8) De papyro DPM cf. Dieterich p. 820, qui exscripsit βόλει 10 4 λόγοc (acc.) 11 26 ὀβολόc (acc.) 6 20 ΜΟ (= μοῦ) 8 20.

rent maxime uno ductu scribebant ȣ, quae forma a Diocletiani fere aetate usque ad ultima Byzantinorum tempora adhibita est; in papyris vero reperitur inde a s. IIIp Oʏ, cf. KWessely apud PLeipz 240[1]), et saeculo VI VII etiam ō, velut βōλει RevEg 179 4 βōλόμενον 6 Παπνṓθιος 180 14 cτεφάνō IV 59 12 ἐν τόπω κλήρō καλōμένō 2 al. In omnibus quae apposui discrimen inter genuinum dipthongum et adulterinum comparet nullum. Et hoc etiam in codices cadit s. VIII inferiores, in quibus non rara sunt scripturae minutae testimonia, quod ex his velim cognoscatur: ἀκοcτέα Soph. Electr. 340 ἤκοcεν Trach. 431 Laurent. βολόμενος Herodot. 7 124 A ἐβολόμην Xen. Cyr. V 5 26 D[1] (opt.) βολεύεcθαι Polyb. IV 24 7 F (opt.) ὀκοῦν Euclid. VII 336 20 V s. XII ὀκέλαττον (sic) Strab. 780 F etc.

De voce Cυρακόcιοc iam supra pg. 94 actum est, restat ut de Dioscurorum nomine agatur: Διόcκουροι ϵυ 39 10 Διοcκούρουc 74 34 p 495 fr 11 — Διο]cκόρων si ita legendum est Δϵ 25 8.[2]) Denique cum vocales ου et υ nullo inter se vinculo esse coniunctas vix opus sit notare haec quaestionum pars claudatur voce κολλυρίων in Iatricis servata 32 41.[3])

Subsequantur que de incerta quarundum vocalium sede dicenda sunt. Particulas ἄν et ἐάν promiscue adhibent VH auctores[4]), verum illam ignorat Iatricorum scriptor apud quem est ἐάν 5 17 23 25 6 35 36 24 43 45 33 37 38.[5]) Eodem fere modo in pronomine reflexivo scribitur

---

1) cf. etiam TOYIΔIOʏ PGrenf I 89 16 (378p) COʏ PLond I 90 185 95 336 TOYTOʏ 100 506 OMHPOMANTIOʏ 88 subscr. (s. III).

2) Διόcκουροι Str. 261 364 396 496. Quamquam recte vituperasse videtur Atticae linguae censor Phrynichus qui dipthongum scribant, tamen vix laudes Dindorfium qui Diodoro contra librorum fidem restituit breviores formas, cf. I xlix Vog. In Plutarchi scriptis Bernardakis invenit Διόcκοροι quater Διόcκουροι septies variam denique lectionem sexies, cf. I lxxviii. Ut retro ad Atticos me vertam, cf. de usu poetarum Atticorum (flagitatur Διόcκοροc) et Thucydidis (Διοcκούρ(ϵ)ιον 4 110 libri, qui etiam Διοcκούρων 3 75 excepto Laurentiano) Stahl qu. gr.[2] 46. In Aegypto autem scribitur nomen proprium Διόcκοροc (cf. BŪ vol. I ind. nom.) sed Διοcκουρίδηc, cf. ib., tum PPetr II 4 1 3 134 1 (IIIa) PPar 350 1 (150a); τὸ Διοcκούριον PPetr II 140 24 (IIIa).

3) Haec proba est forma (cf. etiam κολλύριον CISic 966 16 Romae, Κολλύρα feminae nomen Dial. J. 1658 e Bruttiorum finibus) a Latinis quoque recepta, sed dipthongus non raro reperitur (cf. Hatzid. Einl. 108 Dieterich 23): κολλούρια WL 1316 2691 2893 (κολλύρια 2682) κολλούριον PLeid X ix 36 (s. III—IV) κολλούραc ἐκολλούριcεν LXX 2 Reg. 13 5 8 Vat. κολλούριον Act. Ap. 3 18 (Schmiedel § 5 20b) κολλουρίδα Joseph. A 7 86 M Exc. (sed 767 omnes κολλυρίδαc) κολλούρια Hippocr. VIII 100 (-λλύρια C θ optimi) Chemici ed. Berthelot 183 15 Hippiatr. ed. Mill. (Not. et extr. XXI) saepissime velut pg. 63, estque etiam in nomine proprio variatio: nam in historia Collyridianorum sectae habet Κολλουρίδα et Κολλουριδιανοί Epiphanii cod. opt. V vol. I 272 11 Dind. et idem Jenensis vol. III 454 20 455 2. Contra pro μολουρίc Suidas scribit μολυρίc, cf. Thes. V 1149c.

4) Exceptis Iatricis 19 40 et Demetrii loco ϵ 54 1 (sic ipse legi) non scribitur ἤν, nam οι 14 12 ubi Hartung edidit ἤν . . παρέχοι (!) corrigendum μηδ' ἤν ὁ πλο[ῦτ]οc ἐξουcίαν παρέχει ταύτην κτλ. — Et ἐπάν et ἐπήν ignorant VH, illud habent Agatharch. 131 2 3 8 132 2 136 16 141 5 146 1 155 21 Strabo 482 648 692 71- Iatricorum auctor 38 46 (ἐπὰν μέντοι γϵ).

5) Rursus ἄν ubique Epicureus Oenoandensis (cf. Heberd. p. 428), sed cum Iatricis conspirant plerumque papyri volgares, in quibus tertia littera ita inva-

αὑτοῦ et ἑαυτοῦ sim. praeter quod in Epicuri libro WS I 28—31 littera ϵ nusquam deest, correctumque est ϵΛΥΤΟΥ μ 77 37.[1]) In Iatricis vero solemnis est forma ἑαυτοῦ sim. duodecies tradita cum bisyllabum sit vocabulum quater, cf. supra pg. 126. Sed constans est scriptura ἐκεῖνοϲ si haec excipis: . . ϲυναναϲτροφῆϲ. Κεῖνον . . Κα 16 6; ἀνακαλώ[ιη] τιϲ. Κεῖνο γάρ . . π VII² 88, 10 25; ἐπὶ προυποκειμένωι κείνωι Φ p 570 O I 62, 3 10; καὶ τὴν αὐτὴν κείνοιϲ ἴϲχει δύναμιν Iatr 24 42, καθόϲον κεῖνοϲ (ΚΑΘΟ^ON^ϹΚΕΙΝΟϹ pap.) 25 28; κα]τὰ κείνουϲ τοὺϲ χρόν[ου]ϲ 37 39, neque adtrectandum est Epicuri fragmentum a Diogene interceptum (cf. Us. 130 4) in quo εἶχε γὰρ κεῖνοϲ traditur.[2]) Porro θέλω legitur post vocalem 37ies[3]) post consonam 17ies[4]), ex quo tamen non colligitur magno fuisse momento litteram antecedentem id quod alibi observatum est (e. g. in Dionysio Halic. de quo cf. Jacoby 313, similia etiam in Strabone apparent), nam tribus tantum locis illud verbum a vocali incipit: ἐοίκαϲιν ἐθέλειν οι 21 13 διοχυροῦν ἐθέλουϲιν ρ II 296 9 ἔϲτιν, ἐθέλ[οντι πλ 18 4 ai, dubium est ταύτην [ἐ]θέλει ρ II 72 fr 9.[5]) In praeteritis scribitur ἤθελεν

---

luit, ut etiam vitiose in enuntiatis relativis poneretur, ex. gr. οἷ ἐάν ὅπου ἐάν qualia copiose leguntur velut in actis Berolinensibus (de NT° cf. Grimm clavis s. v. ἐάν II), cuius vitii primordia Lagidarum aetati debemus: ἐξ οὗ ἐάν αἱρῆται PGrenf I 18 27 (132ᵃ), cf. Mays. I 41. Similia in VH non legi propterea memoro, quia Aristotelis volumen nonnullis id genus mendis est depravatum, cf. ΚΚόντοϲ Ἀθηνᾶ IV 59. Et sic etiam codices hinc inde ut ὅπου ἐάν Aen. Tact. 41 9 Hug.

1) Utrumque papyri quamquam praeferri videntur formae longiores. Neque in hisce vocibus desunt vitia, velut ἑαυτούϲ pro αὑτούϲ scriptum PLond I 481 312 (104ᵖ), immo etiam ἑαυταδέλφου CPR I 155 (II—III). De Strabonis usu mihi non liquet, Onosander vero tribus syllabis scribit duobus locis, at bisyllabice terdecies.

2) τῇ κείνου καθόδῳ Diod. 13 68 PA (recepit Vogel) ὑπερεώρα κεῖνοϲ Heraclid. Pont. ap. Ath. XII 537ᶜ ἢ κεῖνοι Dion. Halic. ars rhet. 90 14 Us. ϲώζοιτο κεῖνοϲ Fronto ep. 244 Nab., etiam post consonas Λάχεϲιν, κείνην Clem. Alex. strom. ed. Dind. III 72 8 ἐντυχεῖν. Κεῖνοϲ Athen. IV 164ᵇ Marc. ἡμίϲειον κεῖνο Sext. Empir. 507 1 CR. Verum absunt formae decurtatae a Strabone et si una nominare fas est a lingua volgari, neque novi ex infimi ordinis scriptoribus exemplum nisi οἷϲ κεῖνοϲ ἐποιεῖτο in vita S. Nicephori Anal. Boll. XIV 144. A mediae ut dicitur Graecitatis auctoribus rursus abici coepta est vocalis ϵ, cf. apud Leontium Machaeram καὶ κεῖνοϲ Μεϲ. βιβλ. ed. Sath. II 76 καὶ κεῖνα, καὶ κείνου 81 alia, nisi crasin hic mavis agnoscere. Et haec quidem de posteris; verum ut breviter Atticos quoque attingam revocandum in Xenophonte τῶν ἄλλων κεῖνοϲ Cyrop. I 4 24 e cod. A, magis etiam Aristoteli forma bisyllaba (quam tacet Bonitz) reddi oportet, cuius in memoria non solum post vocalem sed etiam post consonam est tradita, veluti ut unum librum perlustrem ἐν δέκα ἔτεϲιν κεῖνόν τε ἅπαντα ἔχειν oecon. 1346ᵇ 4 Iᵇ Tᵇ Uᵇ τούτων, κείνοιϲ δέ 1351ᵇ 10 Q, εἶχεν, κεῖνοϲ δέ 1353ᵇ 6 Q Sᵇ Tᵇ, ϲτρατιωτῶν, κείνων Q Tᵇ. Prima itaque littera plerumque in pausa omittitur, quod conspirat cum duobus VH locis modo allatis.

3) οι 10 44 υ 9 33 14 14 ορ 4 22 45 17 μ 79 22 96 34 97 2 ϲτ 11 4 θδ 133 2 θ 24 33 37 6 π IX² 26, 2 5 πε̄ 32 30 π VI² 183, 34 17 (o) ρ I 9 23 14 5 51 26 66 3 111 20 155 10 175 10 177 16 II 29 13 66 fr 6 160 fr 21 194 6 216 17 231 29 297 14 298 fr 3 β 17 25 πα 8 17 24 3 προν 17 7 Δ VII² 13, 14 5 p 999 2 4.

4) ϲ 28 1 ϵυ 148 19 ρ I 41 5 53 20 28 157 9 200 16 214 5 331 6 II 6 8 67 fr 2 152 9 158 6 267 11 285 12 κ I² 84, 1 24 χ 15 9.

5) μὴ θέλων Agatharch. 119 34 ὁ θέλων 156 2; carent hoc verbo Geminus et Asclepiodotus, Strabo praebet ἐθέλειν post. cons. 61 100 176 195 224 250 311 385 640 641 712 715 sed καὶ θέλοντεϲ 593 εἶναι θέλων 623, itaque praeter morem ut

π VII² 108, 31 6 ρ II 181 fr 3 ἠθέληcαc ρ I 103 2 3 ἠθέληcε μ 94 33 p 1639 4 10 θηλήcειεν θδ 133 3[1]); denique memorandum ἐθελο[κωφί]αν ρ II 118 9 τὴν θέληcιν 297 8. Adverbium ἐχθές frustra quaeritur[2]), sed legitur τῶν cπαλάκων Φ? p 862 Scott Herc. 320 3 (cf. supra pg. 85).[3]) In ultimum locum rettuli ἐννενεοccευκέναι Iatr 3 22[4]), cκόρδον πβ 52 28 cκορ[δ]οφαγήcαντεc Iatr 33 54 — cκόροδα 34 8.[5])

---

ita dicam ἀκριβοῦν θέλονταc 260 κωλύειν θέλοντεc 740 θανάτου, ἐθέλειν 712, denique Onosander ἐθέλειν antecedente consona 1 24 12 1 14 2. In actis papyraceis solita est forma θέλω (cf. e. g. Mays. I 41), verum ἠθέλω (praes.) PLond II 303 10 (350ᵖ) augmentum corroboratum ostendit. In magicis libellis fertur ἐὰν ἐθέληc PLond I 108 737 PBer 1 103 (IIIᵖ).

1) ἐὰν ἐθελήcηc PLond I 94 407 (s. IVᵖ) BU 3 20 (605ᵖ) εἰ . . ἐθελήcη POxy I 140 27 (550ᵖ); μὴ ἐθελῆcαι Str. 641 (Artemid.).

2) ἐχθέc Str. 3, BU 613 27 (IIᵖ) 731 6 (180ᵖ) PFay 108 7 (IIᵖ) al.; χθέc PLond II 161 8 (270ᵖ).

3) cταχύων Str. 201 sed ἀcταχύων E.

4) νεοccόν DPM 1 37 νοccάκιον 1 35 36; de Herodoti usu (νενοccευμένα, verum νεοccόc νεοccιέων) cf. Smyth 631 (addo νεοccιάc 3 111 ABCP νοccιάc R; νοccιά Hippocr. VII 596 E[1]), de volgari sermone Hatzid. Einleit. 268; dein νοccιά Clem. Alex. paedag. 131 16 ἐννοττεύcει Themist. or. 24 p. 307ᵈ v. l. νενοccευκότων Joseph. Ant. 5 288 νοccιάν in Hippiatricis Milleri p. 65 bis, denique in physiologo νοccιεύει Stud. It. V 176 5 10 νεοccούc 144 10 νοccούc 141 3 a (νεο- v) νοccῶν 8 a (νεο- v) ἐννοccιεύουcιν 145 23 t (-ccεύ- v). In contractas formas consentiunt nomina propria in orientis maxime regionibus frequentata (Νόccoc Νοccύλοc Νοccίc al.).

5) cκόρδων CIA II 73 74 aet. Rom. (cf. Meist.³ 69) cκόρδων Edict. Diocl. 6 23 Cκόρδου (viri nomen) BCH XVIII 538 (Pataris i), cκόρδα PLeid C IV 2 (IIᵃᵐ) cκόρδ(ων) PLond I 80 173 (mag. IIIᵖ) cκόρδον WL 936 μονόcκορδcν 2211 (cκόρδον in versu 2585 2651 2690). Brevior forma quae fere supprimi solet in editionibus multis codicum quoque testimoniis asservata est: cκόρδου cκορδίων Hippocr. VI 562 VII 286 θ cκόρδων VII 406 cκόρδον 410 416 IX 506 cκόρδα 500 C cκόρδοι (sic) VI 618 H cκόρδα VIII 118 G, cκόρδων Polyb. XII 6 4 5 F opt. cκόρδα Dieuches ap. Oribas. II 262 4 Diocles ib. 201 7 Galen. ib. 461 8 etc. cκόρδα Philo quis heres 159 22 24 pap. ed. Scheil Artemid. 62 23 L opt. cκόρδῳ Plut. quaest. conv. II 611ᶜ libri Bernardacii cκόρδου Dexipp. in Ar. cat. 25 11 R cκόρδων Epiph. II 504 9 V cκόρδῳ et cκόρδα Geopon. 10 80 v. l. (et alibi) cκορδίοιc Alex. Trall. II 487 Puschm. cκόρδον Aristidis apologia 108 10 ed. Harries cod. M cκόρδον sim. constanter Hippiatrica Milleri (cod. Par. 2322 s. XI).

LIBER IV.

Hinc iterum ad consonas transeunti primo loco de familiaritate quaerendum est, quam inter ρc et ρρ statuerunt grammatici. Itaque scribitur

ἄρρην ευ 79 9 13 Є? p 908 X^{2} 95, 1 7 98, 4 16, verum ἄ]ρcην in fragmento Ionici ut videtur philosophi p 327 pezzo 1 sottoposto[1]),

θαρρεῖν ρ I 183 25 325 5 II 141 28 150 fr 6^{b} c 21 10 χ 12 12 πα 27 6 ευ 85 6 ο 32 19 θ? XI^{2} 42, 23 8 Π 7^{a} 1 19^{b} 7 21^{a} 8 p 1577—1579 VIII^{2} 28, 3 7 — θάρcoc οι 18 5 μ 43 12 p 1044 6 6 εὐθαρc[ῶc p 313 12 10 θαρcέọ[c (ipse legi) πα 5 4 (θράcoc ρ I 278 12 II 272 2 θραcύc ρ I 341 5 381 11 μ 60 10 65 34 θραcύτερον Ακ 19 5 θραcύνεcθαι ρ I 102 31 363 10 19 Π saepius)[2]),

πυρρά Iatr 11 15 π̣ṳρράν 19 57[3]),

τοὐροπύγιον (i. e. τὸ οὐροπύγιον) ρ II 189 6.[4]) His subiungo

---

1) Utroque modo Strabo: ἄρρην sim. 168 504 588 705 776 803 ἀρρενικῶc 409 ἀρρενοκυεῖν 206 ἀρρενογόνουc 713 — ἄρcεναc 473 ἀρcενικῶc 342 et II 89 Kram. (ep. Pal.) ἀρcενικοῦ (metall.) 726; ἄρρην Agatharch. 155 14 160 6. Cum titulis Atticis (ἄρρην Meist.^{3} 100) faciunt Aegyptiorum papyri, velut ἀρρένων CPR I 28 12 (110^{P}) ἄρρενα BU 413 7 (219^{P}), at in magicis multo praevalet ρc, cf. e. g. WL ind. verb. ἀρcενόθηλυc PLond I 103 606 609 ἄρcενοc DA 205 9 — ἀρρενικόν DPM 1 35.

2) θαρρεῖν Strabo (1 15 48 57 etc.) Agatharchides (143 16) Onosander (10 9 26 13 12 etc.) tituli (Meist.^{3} 100, θαρροῦντεc Berlin. Sitz. Ber. 1895 893 Mytil. I^{a}) papyri denique sequioris aetatis (τεθαρρηκέναι POxy I 68 19 (131^{P}) ἐθάρρηcεν II 237 5 6 (186^{P}) θαρρῇ ib. 8 17), cum vetustiores Ionum morem amplectantur: θαρcήcαc PPetr II 1 8 (III^{a}) θάρc[ει (imper.) PPar 51 11 (160^{a}) ἐθάρcηcεν PLond II 164 9 (10^{a}). — θάρcει (dat.) Onos. 21 9 θάρcoc fabula Nini 168 11 WL 1665; severius mihi in Diodoro rem egisse videtur Dindorf qui θάρρoc scribi voluit 16 79 et παραθαρρύναc 16 35 spreta codicum memoria. Contra apud Polybium et θάρρoc θαρραλέοc et θάρcoc θαρcαλέοc edidit Hultsch (cf. vol. II^{2} IV) prout libri iusserunt. — παραθαρcύνουcιν Asclep. 5 2 (θαρραλεωτέρουc 10 33) θαρcεῖc Onos. 14 1 ABKR (θραcεῖc lect. vulg.) ἀναθάρcηcιc 14 1 A^{1}B (-άρρ- A^{2} cett.), sed θραcυνόμεν[oc fab. Nini 172 3 θραcυτέρα 176 25. De voce θαρcύc cf. etiam Thuc. 7 77 ἐλπίc . . θαρcεῖα C^{2} E^{1} FGM (θραcεῖα ABC^{1} E^{2} Hude) Thesaur. IV 255^{c}.

3) πυρρόc papyri ut BU 467 8 24 (177^{P}), πυρρότητα πυρρόν Agatharch. 113 38 160 10. In Aeliano πυρcόc codicum in πυρρόc mutandum esse I 391 12 26 415 13 Hercher mihi quidem non persuasit.

4) Moeris ὀρροπύγιον Ἀττικοί (ὀρροπύγιο[ν CIA II 742 B 6 s. IV^{a}, cf. Meist.^{3} 100) ὀρθοπύγιον Ἕλληνεc; verum ὀρcοπύγια Sami titulus, Bechtel Inschr. d. jon. Dial. 220 25, cf. Wackernagel KZ 29 127. Saepius dipthongus in auctorum veterum memoriam se insinuavit: τὸ ὀρροπύγιον Aristot. h. a. 825^{a} 12 (οὐρρο- A^{a}) ἀνορροπύγιον 526^{b} 31 (ἀνουρο- A^{a} ἀνουρρο- C^{a}) ὀρροπύγιον Luc. muscae enc. 3 lect. vulg. (οὐρο- F οὐρρο- AB).

cτερεόc θϐ 167 13 Єιϐ VI^2 2 3 6 Iatr 12 27 25 33 (cτερεότηc Є epist. 1 pg. 8 7 Us. ubi cτερότηc P^1Q) ἀπεcτερεῶcθαι ρ II 31 12.[1])

Inde ad consonas geminatas ττ et cc accedo, qua in re Atticam consuetudinem sequuntur Philodemus[2]) Epicurus[3]) Polystratus Chrysippus Carneiscus, volgarem hinc inde Demetrius[4]) et qui papyri 831 auctor habetur Metrodorus.[5]) In Iatricis vero plerumque gemina sibila legitur, nec tamen praeterea ullum inter ττ et cc discrimen statueris. Sed haud inutilem esse existimo singularum vocum laterculum:

ἄιττω (cf. supra pg. 48)	Θράιττηc Aκ 5 1
ἀλλάττω	ἧττον
ἀμυττούcαc πα 18 13	κιττόν p 1384 XI^2 59, 8 8
αἰ]νίττεcθαι μ 17 7	κ[υ]παρίττου θ 38 36
cυνκαταράττω p 986 12 8	λύττηc op 38 28 λυττώ[ντ]ων Aκ 13 22
ἄττα ρ II 257 3 (= Є)	μαλαττομένων μ 33 10
γλῶττα	μελιττ[p 1615 1 6
διττόc	νύττω
δράττομαι	περιττόc sim.
ἐλάττων	πέττειν c 26 9
θάλαττα	πετ[τοῖc β 4 15
θᾶττον	πεπιττωμένοc X p 307 VIII^2 192, 14 15
Θετταλόc	

---

1) cτερεόc sim. acta Aegyptiaca vitae publicae ac privatae: cτερεάν PPetr II 6 3 6 (255^a) cτερεοῦ PGrenf I 52 3 (114^a), Geminus (52^a) Agatharchides (142 23) Strabo (50 810 alibi; pro cτερεόν 730 codex D tradit cτερρεόν et pariter cτερρεώτερον 774, quemadmodum saepius peccatur in codicibus), contra cτερροποιεῖ PLeid X 1 7 s. III—IV^p (continet chymicae quae vocatur artis praecepta) cτερρότερα Onos. 10 5 cτερρότητοc fab. Nini 169 27. Librarios cτερεόc in cτερρόc mutantes non vidi, contrarium autem in Artemidori memoria factum esse arbitror: cτερροῦ 121 20 Laurentianus optimus (cτερεοῦ V) cτερρότερον 199 22 L (cτερεώτερον V). Cf. de tota quaestione Wackernagel KZ 29 135.

2) Sed τεccαρά[κον]τα scripsit Philodemus catalogi Stoicorum auctor 69 1 Stratoclem fontem historiae vel in his minutiis secutus (τετταράκοντα 59 5). Alia incertissima vel prorsus falsa: ἀντιταc[cόμε]νοι ρ II 174 5 non iam examinari potest, quia pagella postea a Neapolitanis deleta est, ὑποτ̣ά[c]cωcι πα fr 48 8 inspecta papyro in ὑποc̣π̣άcωcι abiit, περιc⟨c⟩ομυθεῖ Sudhausius ρ II 101 5 excogitavit formam sane inauditam nec quae memoriae respondeat. Scripserim πλὴν εἰ προcάγεται ταὐθ' ὅμωc διὰ τῆc γραφῆc, καὶ τἄλλ', ἅπερ γε̣ ἐμν[ή]cθη, διοικεῖται. Propria est quaestio de voce κολοccόc. Philodemi scriptura κολοccικ⟨ή⟩ν c 2 7 eadem est ac Strabonis: κολοccόc 13 319 567 652 807 816 bis κολοccικόc 278 637 κολοccουργία 14, neque novi qui ττ scribat praeter Diodorum, cuius forma Attica mihi quidem fucosa videtur. Nam quod attinet ad GMeyeri sententiam Gr. $Gr.^3$ 367 κολοττόc Attice scribi, quo certo argumento nitatur non intelligo.

3) Verum περιccά fr 409 Us. (ex Athen. XII 546^b).

4) γλώccημα Δπ 19^c 7 14. Idem fortasse scripsit vitam Philonidae e papyro 1044 nuper in Actis Acad. Berol. 1900 pg. 942—959 a me editam: διαλλάcc[ον 12 5 ἧc̣c̣ον 16 8.

5) ἀναπλάccει 78, 14 1 ἀναπλάccουcιν 79, 17 5 (ἐλάττον[α] 74, 6 8). Metrodoro haud scio an ascribendum epistulae cuiusdam Epicureae fragmentum Δπ 20^b, in quo legitur τάραc[cε, φυλάc[cων, γλώccη.

πλάττω	τινάττει p 1024 pezzo 10 (ipse legi)[1])
πράττω	τυφλώττω π XI² 157, 4 16
ταράττω	φρίτ[τω πλ p 493 tab. 2 pezzo 2
τάττω	φυλάττω.[2])
τέτταρες sim.	

Protinus ea verba commemorabo, quorum termini inter -ττειν et -ζειν variant:

ἁρμόττειν θ 6 9 μ 4 11 19 6 ρ I 198 20 367 4 II 66 fr 4 127 fr 12 295 fr 25 πρ 6 9 Στ 71 1 πε̄ 28 32 π IV² 128, 20 1 X² 9, 9 5 Єβ II¹ 11 5 ϵ[ἰcαρμ]όττοντα Π 23ᵇ 6 ἐναρμόττειν ρ I 66 27 77 13 202 2 255 17 30 II 28 8 c 12 13 πβ̄ 29 20 ἐφαρμόττειν ευ 32 11 μ 77 10 82 14 84 1 92 34 106 20 ρ I 240 2 244 23 281 12 πε̄ 10 27 π VI² 169, 20 12 cυναρμόττειν ρ II 203 11 Є p 1010 VI² 81, 17 8 π 994 VI² 176, 27 9 13 177, 28 8 178, 29 21 — ἁρ]μοζόμενοι Δϵ 53 4. Dubia sunt ἁρμόζον[τ]α ρ II 19 2 (MO_ON legit Sudhaus) ἁρμοζό[ν]των p 1485 O VI 1278, 33 16 (ΑΡΜΑΖϵ.ΤѠΝ apogr.). Frustra quaeritur hoc verbum in Iatricis.[3])

---

1) Verbum τινάccω (-ττω) Atticis ignotum (τινάccω Aristoph. Ran. 328 340 in melicis), posteri pedestris linguae auctores saepius Atticis dentalibus utuntur, cf. τινάττοντα Plut. Mar. 23 (nititur fide Sangermanensis optima) τινασσομένη Philo II 92 20 UF. Verum tamen hac in voce ττ perinde falso scribi arbitror atque in voce κολοττόc.

2) Philodemi in vitando cc constantiam singularem esse cognovi Gadareno cum eis collato quorum usus una memorandus erat. Nam Onosander scriptum reliquit si libris est fides ἐγκατατάccονται 10 3 φυλαccόντων 10 10 (-ττ- AB) Asclepiodotus τάccουcι 7 7 9 ἐξελίccειν quinquies τέccαρα decies (τεccάρων 7 4), Strabo, qui sane plerumque ττ exhibet, multis locis θάλαcca τέccαρεc τεccαράκοντα, dein ταράccεcθαι 21 ταccομένων 359 etc., et profecto Agatharchides geminatae sibilae magis videtur favisse quam dentali, eademque est observatio in Gemino, qui praebet τέccαρα decies τέτταρα bis ἔλαccον undecies ἔλαττον 22ⁱˢ θάλαcca quinquies θάλαττα nusquam διαϊccομένων 61ᵉ etc. Discrimen inter τέccαρεc et ἔλαττον quantulumcumque sit non praetereundum esse iudico; nam e. g. Cleonides musicus summa constantia scribit τέccαρεc et ἔλαττον, aliaque id genus e papyris volgaribus haurienda, ad quas nunc pervenit disputatio. Etenim chartae aevi Ptolomaeorum in universum cc exhibent, raro ττ et quidem maxime in voce ἔλαττον, cf. Eud. 237 242 421 (-cc- quinquies) ἐλα]ττουμένων PGrenf I 74 12 (IIᵃ) al. (Mays. II 37), paulo saepius ττ in recentioribus papyris reperitur, cf. ἧττον BU 341 11 (IIᵖ) 157 9 (IIIᵖ) ἐλατουμένου (!) 636 21 (20ᵖ) ἐλατουμένηc 155 10 (153ᵖ) et e Byzantinorum aetate πράττουcα BU 319 4 (VIIᵖ) ἔλαττον 308 2 (VI—VIIᵖ) MittER V 87 (Vᵖ) ἐλαττωμένοc W 1889 176 4 (VI—VIIᵖ) al., denique de tota quaestione v. Thumb Koine 79. Et in NT¹ quoque memoria praeter κρεῖττον ἡττᾶcθαι etiam ἔλαττον ἐλαττόω nonnumquam traditur, cf. Westcott-Hort app. 148.

3) Ad Philodemi usum accedit Strabo (ἐφαρμόττειν 31 44 113 266 345 551 bis 637) Dio Chrysostomus (Schmid I 109) Polemo (ib. 52) Aristides (II 83). Nec tamen idem sub iudicium cc et ζ possis vocare. Namque multi eorum, qui vel ubique vel certe plerumque ττ scribunt, illo in verbo Atticam consuetudinem aspernantur, velut Asclepiodotus (ἁρμόζειν 6 1 11 7) Onosander (ἁρμόζειν 15 1 31 1, cf. ἐφαρμόζοι Gemin. 17ᵉ), Polybius (ἁρμοζομένη III 16 1) Diodorus (ἁρμοζομένη 3 15 ἁρμοζούcηc 17 27) Philo (ἁρμοζούcηc II 294 7 ed. Ber.) Sextus Empiricus (cf. Bekker in ind. verb.). Quae e papyris titulisque linguae volgaris innotuerunt, pariter in scribendo ζ sibi constant: ἁρμόζουcαν BCH XVIII 197 (Amorgi i) ἁρμόζουcαν PTor II 69 22 (137ᵃ) -ούcηc I col 3 14 (116ᵃ) -όζουcι PLond II 97 5 (11—15ᵖ); sane Atticorum tituli non nisi dentalem geminatam praebent (Meist.³ 177).

ϛυρίτ[τ]οι (?) π XI^{2} 153, 11 8 CΥΡΙΤΤЄ . . μ 13 22.[1])

cφάττεcθαι ρ II 186 fr 10 ἐπικαταcφάττοντεc ορ 15 15.[2])

Non pauca sunt vocabula, in quibus cμ et δμ secundum dialecti vel temporis consuetudinem inter sese alternant. Ex horum numero notissimum affero exemplum ὀcμή: c 27 1 αι 267 14 277 8 284 6 υ 20 17 μ 42 19 103 8, cf. ὀcμήν Є epist. 1 pg. 14 9 Us. Verum altera scribendi ratio potior deprehenditur in Iatricis: ὀcμήν 38 17 — ὀδμαί 34 38 37 34 ọḍμωμέν[ων 33 19 ὀδ[μ]ώμενον 34 48.[3])

Proximum est, ut de sibila ante consonam aut scripta aut omissa disputetur, cui quaestioni addo quidquid genere consimile est. Scribitur ergo

μικρόc ubique — de μικόc μικκόc sub fine operis verba fiunt —[4]), verum in compositis καταcμικρύ[νειν θδ 167 17 καταζμικρίζοντα υ 21 25[5]),

ἢ cκορακίζ[οντ]εc (c ante κ supra versum addidit corrector ut ipse legi) υ 9 33[6]),

cιττακόc πβ̄ 20 4[7]),

1) de cυρίζω cυρίττω cf. Thes. VII 1509^{d} 1511^{e}; cυρίccω infimorum est ut Ephraemi Syri versionis Graecae II 13^{f}. Verum de voce cυριcμόc (cυριγμόc) infra agam libro VI.

2) cφάττειν Strabo 520 bis 710.

3) Sic Strabonis quoque variat manus: ὀcμήν 346 499 ὀcμαῖc 711 — ὀδμῆc 59 562 ὀδμήν 117 778 809, addo ὀcμή Agatharch. 168 8 188 3 et e papyris ὀcμήν DA 170 10. Veterum grammatici ipsi dissentiebant; sane ὀcμή praescripsit Phrynichus, alii vero, de quibus cf. Lobeck ib. pg. 89, ὀδμή Ionum commendaverunt. Equidem arbitror Iatricorum auctoritate formas per δ scriptas satis a correctorum manu posse defendi neque laudo Hercherum Nauckiumve, quorum ille ὀδμή in Artemidoro 255 5 traditum sustulit, hic Porphyrio script. min. 210 14 contra librorum consensum adtribuit ὀcμάc. Inter Aristotelis libros fere constans est lectionum discrepantia, sed excellit codicis E qui inter optimos numeratur scriptura ὀδμή, eodemque modo apud Antiphontem et Xenophontem fert memoria, cf. GM^{3} 365.

4) cμικρόc non nisi bis in tanta titulorum Atticorum copia legitur et quidem s. a. C. V (Meist.^{3} 89); at ceteris locis sibila desideratur, neque eam ulla praebet Aegyptiorum papyrus. Porro μικρόc fere ubique Strabo, sed τῇ cμικρότητι 514 διότι cμικρὸν ἀπολείπεται 766 teste codice E. Quamquam non desunt loci, in quibus interpolatione nata esse videatur c: οὐ μικρόν 530 codd. οὐ cμικρόν edd. vett., cf. μικρῷ Onos. 12 2 A^{1}B cμικρῷ A^{2} cett. Certam vero hanc interpolationem nego, cum neutrius scriptoris memoria satis diligenter sit promulgata. At profecto nescire me fateor, cur Dioni Chrysostomo nusquam concederit AdeArnim cμικρόc non uno loco traditum velut cμικρόν 52 10 UBH (μικρόν PM). Ille enim philosophus quam diligens fuerit in Platone imitando quis est quin sciat?

5) Cadit ergo Dindorfi ratio qui olim pronuntiavit (Diod. ed. Vog. I IX): „μικρόc tantum non cμικρόc quum dixerit Diodorus, cμικρολογίαν XXX 21 3 corrigendum videtur.“ Etiam homines volgares in derivatis et compositis nonnumquam stirpem vocis augent, velut cμικρύνω et καταcμικρύνω frequens est versionis LXX verbum, καταcμικρύνων Joann. episc. Thessal. mirac. Artemonis Boll. Oct. IV 146^{e} cμικρυνθείcηc Acta Thomae ed. Bonnet 54 8 cμικρότητοc 83 39 cod. R.

6) Raro c omittitur neque a probis codicibus: ἀπὸ κορακιcμῶν LXX Hesai. 46 15 Sinait. ἀπὸ κορακιcμοῦ Sap. Sir. 41 19 C s. V κορακιcθέντα Philo I 170 11 AP ἀποκορακιcτέον Clem. Alex. 273 5 BR (deteriores). Addo cμύραιναι Agatharch. 131 9 Strab. 145 (bis).

7) Hoc scribendi genus (cf. GM^{3} 342) in Thes. L. Gr. VIII 1919^{a} testimonio Aristotelis nititur h. a. VIII 12 597^{b} 27 ubi libri: ψιττάκη P ψιτάκη D^{a} cιτάκη A^{a}

ἐ]ν ἄμμω ευ 77 18.[1])

His expositis ad exitus vocabulorum oculos convertamus ubi amplior quam gravior disputatio institui necesse est de consona ν quae vocatur paragogica. Quam paucissimis utar exemplis, quia et qui plura desideraverit facilem locorum copiam in Sudhausi Kemki Gomperzi operibus inveniet et omnino quaestio illa utique levis ne gravioribus officiat videndum est. Verum cum nonnullius momenti sit qualis sit prima insequentis vocabuli littera, duas in partes ea quae dicenda sunt dirimantur oportet, quarum altera quid factum sit ante consonas, altera mobilis illius nasalis inter vocales fata exponet.

Itaque in libro quem de libertate dicendi Philodemus conscripsit (†πα) adest ν paragogicum sequente consona in formis tertiae singularis numeri personae 7^{ies} (in *Iatricis 8^{ies}) deest 8^{ies} (4er), deinde ponitur quidem in tertia pluralis numeri persona 9^{ies} (14^{ies}) verum omittitur 32^{is} (32^{is}). Raro in plurali numero inter nomina et verba deprehenditur varietas, velut in p *1007 (ρ I 162—225) in nominibus 12^{ies} consona mobilis traditur cum absit bis, contra in verborum exemplis 12^{ies} servata est littera ν, 20^{ies} abiecta. Multae sunt papyri, qui consonae accrescentis admodum tenaces reperiantur veluti Polystrati volumen, siquidem traditur ἐcτὶν cημεῖα et sim. 6^{ies} ἀποτολμήcωcιν κ- et sim. 6^{ies} quaeque e collato archetypo explicari arbitror ЄCTI^{N}XAΛ[KOC 13^{a} 5 ΠΡΑΞ[Є]C^{N}IBΛABЄPAIC 23^{a} 13, verum ἐcτί 5^{b} 9 24^{b} 6 πᾶcι 16^{a} 11 φαcί 2^{a} 8 ἐ[λπ]ίcι 23^{a} 1, neque tamen ullam nanctus sum papyrum, quae certam in his legem sequeretur.

Verum si proximum vocabulum a vocali incipit, plerumque hiatum sublatum vides, paucis locis toleratum: φηcὶ εἶναι ευ 81 7 ἐcτὶ ἀφ' οὗ ρ II 1 10 ἐcτὶ^{v} ὁ 71 μελωδηθῶcι ἐξ μ 98 17 ἐροῦcι ὑπάρχειν ρ II 87 6 κτυποῦcι ἐν 208 24 γονεῦcι ἐκπέμψαι Στ 19 8 ν[ει]κηθῶcι ὑπό θ? XI^{2} 27, 8 11 (περι]έχουcι ὀcτέοιc Iatr 15 25 ἐροῦcι ἀπό 30 46 γυναιξὶ ἀγωγόc 37 11 χωρήcωcι εἰc 39 47 πιcτεύουcι^{v} ἀπὸ 35 8) et in pausa παρίcτη]cι, ἀλλά (?) ρ I 86 2 ἐcτί, ὅταμ Єκη 9 13 ἔξεcτι, ἐπί μ 75 8 ἐcτί· ἔτι

---

cιττακή C^{a}. Huic loco adiungatur Ael. h. n. XVI 15 (cιττακόc) et Zonaras III 438 15 ψιττακόc AD] cιττακόc BCE. Romani duplicem consonam receperunt, cf. psittacus psittacismus, dein psittacior[um] Edict. Diocl. 6 55. Sed et originem et variam huius vocis formam melius intelligimus, si vera tradit Plinius h. n. 10 117 cum dicit avem illam ab Indis siptacen (sic E, septagen cett.) vocari. Nam a voce cιπτακόc facile et ψιτ(τ)ακόc et cιττακόc derivari videtur.

3) cf. ἀφειληφότας CIA IV 51e 9 (410a) καθειληφότος II 331 10 (271—265a) καθειληφότων 332 14 (268a) quae exscripit Meist.³ 103 922. Sed ceterarum regionum tituli talia ignorant (veluti habes κατειληφώς IMB 143 36, III—IIa) pariterque papyri ex Aegypto allatae: οὐκ εἴληφα PPetr II 42 7 (258—253a) μετείληφα PLeid vol. I p. 89 (IIa) ἀπείληφεν BU 193 25 (136p) al. Attica fuit consuetudo quemadmodum praeter titulos etiam grammatici declarant (Anecd. Oxon. I 311 21, cf. Schulze qu. ep. 465 adn. 2) et haud scio an εἴληφεν Bodleiani Platonis (Hipparch. 231d) grammaticae recensionis vestigia servarit.

4) Aspiratio in voce ἔλαττον admodum recentis est aetatis: οὐχ ἐλάττους Joseph. in Ap. 1 89 cod. m. 1 οὐχ ἔλαττον Usen. d. hl. Theod. 41 13 Trinchera acta medii aevi nr. 331 (1283p) ἐφέλαττον Philop. in Ar. phys. 265 14 K (ubi adnotat Vitelli 'constanter sic vel ἐφέλλαττον') ἐφέλαττον Syrian. in Hermog. ed. Rab. I 9 5 VS (= codd.) 55 10 V 64 23 S οὐχ ἐλαττωθήςονται Leontii vita Joannis ed. Gelz. 28 7 C (s. XII); οὐχ ἐλαχίςτη Pausan. X 17 8 Vb.

5) cf. Meist.³ 86 (ἐλπίδ' CIA I 442 8 anni 432 a. C.) Thumb 71 sacrisque de

ἐνιαυτός: κατ᾽ ἐνιαυτόν ρ II 301 fr 4 πρ 20 7 (Є) 20 15 (Є).[1]

ἔσταλκα simm.: ἀπεςταλκός αι 284 4 ἀπεςταλμένου p 986 19 3 κατεςταλμένον Ακ 19 3 cυναπε[ςτάλ]θαι ρ I 187 2.[2]

ἔτος: πέντ᾽ ἔτη πρ 21 13 (Є) ἐπ᾽ ἔτη Στ 29 4 ἑξήκοντ᾽ ἔτη Ακ 33 39 — δέχ᾽ ἔτη 25 15 in versu Apollodori.[3]

---

libris Gregory 91 Schmied. § 5 10^{a}. E recentiorum titulorum memoria nova permulta possis depromere exempla, velut ἀφελπιςθοῦςα (sic) Rev. de phil. 1899 385 (Philadelph. i) idemque de codicibus dicendum: ἀφελπίζοντες Joseph. A 15 353 P οὐχ ἤλπιζον A 7 50 M ἀφελπίςας Aristaen. ed. Herch. 158 27 cod. Hippolyt. I 1, 124 18 ἀφελπίζω Ptol. math. synt. I 195 1 ABC ἐφήλπιςε Callinici vit. Hyp. 98 6 Vb ἀφηλπίςθαι Epiphan. ed. Dind. III 485 23 al. Romanorum lapides praebent Helpis Helpidius Helpidianus (cf. Gregory 91), ἐφ᾽ ἐλπίςιν scripsit Ausonius in epigrammate quodam graeco (Mon. Germ. antiqu. p. 170). Aegypti papyri nil praebent, quod tamen fortuito accidisse probat Coptorum ʽhelpis' MittER V 117.

1) Ptolemaeorum aetate huic vocabulo aspiratio praefigi coepta est, cf. καθ᾽ ἐνιαυτόν BCH VIII 24 10 16 (Amorgi II—III^{a}) CI 2448, 6 25 (testam. Epictetae, III^{a}) μεθ᾽ ἐνειαυτόν (sic) PLond I 40 75 (158^{a}), quae in Romanorum quoque saecula migravit, cf. ἐφ᾽ ἐνιαυτόν PLond II 186 12 (94^{p}) καθ᾽ ἐνιαυτόν POxy I 137 17 (VI—VII^{p}), neque tamen unquam ita invaluit, ut iusto pronuntiandi modo potior fieret. Nam permultis et titulorum et papyrorum locis legitur κατ᾽ ἐνιαυτόν, et si codices examinaveris, perrara tibi sese offerent illius rationis exempla: καθ᾽ ἐνιαυτόν LXX Deut. 14 21 B μεθ᾽ ἐνιαυτόν Joseph. A 5 335 R.

2) Aspiratio adhuc solum ex orientis regionum titulis innotuit (cf. GM^{3} 326 DS^{2} ind. gramm.): ἀφεςτάλκαςιν BCH XIV 94 4 ἐξαφέςταλκαν 15 (Halic. pt) ἀφεςτάλκας[ι]ν Inschr. Magn. 87 6 (Pergam. II^{a}) al., alibi vero deest, velut in Cretae insulae titulis: ἀπέςταλκαν CD^{2} 123 4 (Istri 183^{a}) 125 4 (Lato 193^{a}) ἀπεςτάλκαντι 124 5 (Cydoniae 193^{a}) ἀπεςταλμένος 120 26 (Cnosi II^{a}). Et sicut in Atticae linguae monumentis incisis consueta psilosis nusquam tollitur (cf. Lautensach p. 21), sic eam in Aegypti quoque litteris constanter retineri expressis verbis affirmandum videtur, cf. e multis ἀπέςταλκα PPetr I 47 3 II 3 5 17 1 (III^{a}) ἀ]πεςτάλκαμεν RevL 37 6 (258^{a}) ἐπεςτάλθαι BU 8, 2 30 (248^{p}). Propria memoria dignas arbitror Antigoni regis litteras IHSt vol. XIX (1899) p. 330 sqq. editas, in quibus praeter solitas formas ἀφεςτάλκαμεν A 66 ἀφέςταλκ[ε B 4 ἀφεςταλμένοι[ς 33 etiam ἐφέςτειλε[ν legitur B 40 (at ἀπέςτειλεν A 29 B 38 ἀπεςτείλαμεν A 4 47).

3) De titulis cf. GM^{3} 327 Thumb 70; e Kaibelii epigrammatis XI exempla formae aspiratae collegit Wagner p. 91. Saepe καθ᾽ ἔτος legitur (praevalet tamen ni fallor consueta scriptura κατ᾽ ἔτος), tum ἐφέτειοι BCH XI 86 (Magn. ad Sip. I^{p}). In epigrammatum lingua volgares sunt formae δεχέτης, ὀκτωκαιδεχέτης simm. Papyri et ipsae quidem psilosin praeferunt, spiritus vero indicium praeter καθ᾽ ἔτος (PTor II 69 10 (137^{a}) BU 197 13 16 21 25 (17^{p}) PGrenf II 141 12 (VI^{p}) al.) etiam alibi invenies: ἐφ᾽ ἔτη δύω PLond II 119 10 (145^{p}) ἐφ᾽ ἔτη BU 538 (100^{p}) 9 30 (ib. καθ᾽ ἔτος 31 sed κατ᾽ ἔτος 10 28 sicut καθ᾽ ἔτος BU 86 37 (155^{p}) κατ᾽ ἔτος 17). Ex auctorum papyris in Aegypto repertis accedit τριάκονθ᾽ ἔτη Arist. Rep. Ath. Bl.^{2} 5 11. Pergo ad codices: καθ᾽ ἔτος Dio Chrys. 47 19 M opt. Dio Cass. 78 27 Epiphan. II 459 9 492 9 V Gloss. Laod. 83 Theoph. Chron. 175 29 252 34 efm, τὰ ἐφέτεια Aristot. probl. 20 7 923^{a} 33 ^{b} 7 20 13 924^{a} 32 C^{a}Y^{a} 'ЄФЄТΙΟΝ hoc anniv⟨ersari⟩um' Gloss. Laod. 80, cf. v. l. ἐφεςτίων Diod. 19 21 (XY Bas.) pro ἐπετείων. In Strabone est κατ᾽ ἔτος 362 366 402 etc., verum 246 πεντετηρικὸς ἀγών restituerunt editores e codicum lectione πενθερικὸς ἀγών unde πενθετερικὸς ἀγών scriptum fuisse statuendum est. Attamen in medii aevi actis rursus κατ᾽ ἔτος scribitur (cf. Cusa I 369 460 al.), quam observationem si cum Theophanis codicibus coniunxeris saeculo fere octavo vel nono interiisse iudicabis spiritum. E Latinis libris cf. ʽefetos hoc anno' CGL III 517 (et sic ἐφέτος usque ad hodiernos pervenit, cf. Dieterich 85). Paullum in Censorini memoria morari iuvat; tetraheterida ed. Hultsch 37 3 codd. (DV) pentahaeteridas 39 7 D (patahaeteridas V) triheterida 41 18 D, quamquam multis aliis locis spiritum neglectum esse vidi. — Addo τῶν ἐπετείων γενημάτων PTebt I 27 33 (113^{a}).

ἦχος simm.: συνεφηχεῖται πβ̄ 16 14.[1])

ἰσχύς simm.: κ]ατισχῦσαι ρ I 189 5 ἀπισχυρ[ί]ζεσθαι μ 104 28.[2])

ὄκνος simm.: οὐκ ὀκνή[σο]μεν ρ I 91 29 κατοκνε[ῖ μ 30 15 κα]τοκνεῖν β 8 17.[3])

ὀλίγος: οὐκ ὀλίγοι ρ I 155 12 θ 20 30 οὐκ ὀλίγοις θᾱ 23 15 κατ' ὀλίγον p 862 Scott Herc. 322 6 Iatr 3 15 24 etc.[4])

ὀπώρα: μεθόπωρον *ευ 69 fr 5^d 3 ipse legi (φθινόπω̣[ρον Δε̄ 25 5).[5])

Varia spiritus in Graecorum lingua fata magnam partem ex assimilandi studio nata esse iure statuerunt viri docti (cf. Kretschmer

---

1) Spiritum vocis ἦχος a veterum temporum usu derivari documento sunt nomina propria Ϝᾶχος (DI 1181 A 36, tit. Arcad.) et Ϝᾶχυς (DI 3139 in amphora Caeritana originis Corinthiaci et in vasculo quodam Chalcidico Löschcke Arch. Zeit. 1881 36). Alia exempla ex aevi recentioris scriptis emergunt: ὑφηχήσεις Philo ed. Berol. II 284 1 MA optimi (ὑπ- H, ἐπ- P) ὑφηχεῖ 290 18 M (ὑφηχῇ A ὑπηχεῖ HP) III 85 17 MAG 240 4 MA ὑφηχοῦντος III 59 12 papyr. s. VI ἐφηχεῖται Aristid. II 177 10 A^1S ὑφηχεῖ Hippolyt. ed. Berol. I 2, 140 26 V.

2) Notum est vasculorum pictoris nomen Ἥσχυλος quemadmodum opus suum ter ipse signavit (Meist.[3] 87). Perpauca habeo quae addam: οὐχ ἰσχυραί LXX Esdr. I 4 32 Vat. (enotavit Schmied. § 5 10^b) οὐχ ἰσχύοντες (sic) Zonar. II 312 5 PW, cf. ʽΙΣΧΥΡΑΣ PLond I 233 24 (VII^p). Nil e titulis lucramur.

3) ο[ὐ]χ ὀκνῶ BU 632 12 (II^p) καθοκνήσης Vita Euthymii ed. de Boor 33 22 Ed. Kurtz Zwei griech. Leb. d. hl. Theophano 22 5.

4) Huius vocis spiritum non recte inter codicum vitia enumerat Schmiedel (cf. § 5 10^b ubi vide exempla e sacris libris, Gregory 91), nam certa huius consuetudinis testimonia iam papyri praebent inde a saeculo altero p. C.: οὐχ ὀλίγων BU 747, 2 16 (139^p) οὐχ ὀλίγην PLond II 173 11 (169^p) μεθ' ὀλίγον BU 388 11 ($II^{p?}$) οὐχ ὀλίκην (sic) 72 11 (191^p) οὐχ [ὀ]λ[ί]γην 146 10 (II—III^p) οὐχ ὀλίγ[ον POxy I 71, 2 6 (303^p) οὐχ ὀλίγας PLond II 282 11 (346^p), verum οὐκ ὀλίον PPetr II 2 16 (260^a) οὐκ ὀλίγη BU 2 13 (209^p) μετ' ὀλίγον CPR I 18 38 (124^p) etc. Addam e libris manu scriptis: οὐχ ολίγας (sic) Joseph. A 15 257 P οὐχ ὀλίγον Orig. ed. Berol. I 144 1 A s. XIV οὐχ ολίγοι (sic) Artemid. 27 7 L οὐχ ὀλίγα Hermog. ap. Walz Rh. III 361 12 v. l.

5) cf. Thumb 5 (Ἡοπωρίς in titulo Laconico) 71 Blass Ausspr.[3] 78, tum WSchulze qu. ep. 474 adn. 4: ὁπίσθιον tit. Attic. BCH XII 284 μεθόπωρον Hesych. μεθοπώρινον papyr. Quae res sit certius indicabo: μεθοπωρινός constans est scribendi modus in Eudoxi papyro (= Eud, II^{af}) cf. 2 47 515 520 524, μεθοπωρινοί praebet cod. Alexandrinus (s. V) 1 Clem. ad Cor. 20 9, verum μετόπωρον Philo quis heres ed. Scheil 167 7 8 18 174 8 pap. s. VI Gramm. Lat. IV 578 30. Perquam vero frequens illa est scriptura in profanorum scriptorum memoria, quorum ordo a Thucydide incipit: μεθοπωρινοί VII 87 1 E μεθοπώρου Hippocr. ed. Littré VII 134 6 (cf. ed. Kuehl. I 40 6 [μεθοπώρῳ codd.] et I 51 12 52 19 151 10), μεθοπώρου Aristot. probl. 861^a 10 C^a μεθόπωρον 25 C^a μεθοπώρου μεθόπωρον Philo I 14 13 17 10 V μεθοπωρινός Wendland Neu entdeckte Fragmente des Philo 7 22 23 11 8 F (compensatur ergo papyri Philoneae auctoritas) μεθοπωρινήν Hephaest. Theban. ed. Engelbr. 78 10 A ʽἰσημερία μεθοπωρινή' Gloss. Laod. 83 etc. Agmen claudunt Theophanis chronographi codices: μεθοπωρινῆς 286 14 g (μεθοπορ- m). In Strabone est μετοπώρου 420 650 721 μετοπωρινήν 420, deinde φθινόπωρον 692 (Aristobulus excerpitur). Contra Geminus scribit φθινόπωρος 2^d 8^b bis 34^c φθινοπωρινός 14^e 33^c, in stellarum vero indice, qui alius est auctoris, reperitur μετοπώρου 66^d μετοπωρινή 66^d bis. — Addam alia insolentis aspiratae e papyris exempla: τῶν ἐφεικόστων RevL 56 16 (258^a, cf. εἵκοσι Joseph. B 7 229 VR ἡκάδι (sic) Marci vita Porphyr. 30 19 B s. XI, at τὸ ἐπείκοστον PPetr II 156 18 (186^a); veterum digamma (Ϝίκατι) spiritus fuit origo), μεθ' ὅνων BU 699 11 14 (II^p) ἐφ' ὅνῳ PLond II 84 3 (145^p), οὐχ οἴομαι PAmh I 3, 2 8 (III^p); Laconum διhοικέτα (Thumb 6) cum infimae aetatis scriptoribus coniungendum: καθ' οἴκων Theoph. chron. 166 31 f s. XIII καθοίκησιν Zonar. III 647 3 ed. pr. ἐμεθοικήσαμεν Cusa dipl. 394 (s. XI—XII).

Entstehung der Koine 21). Sic voces ἐνιαυτός ἔλαττον ὀλίγος spiritum ex vicinis formis ἕν ἑλεῖν ὅλος[1]) assumpserunt atque psilosis in vocibus ἑξῆς ἕνεκα εἵλατο εὑρίσκω explicatur comparatis ἐξ ἐν εἴληφα εὖρος. Sese invicem mutarunt si quo in verbo asperi et lenis spiritus formae una extabant, cf. ἵστημι ἕστησα ἕστηκα — ἔστην, ὁράω — εἶδον ὄψις.

Haud raro in Graeca lingua accidit, ut spiritus in antecedentem vel sequentem syllabam transiliret. Qua de causa haec adnotanda duxi: ἐ]πιορκίαν ευ 9 25 (ἐ[πι]ορκεῖν 146 1), ὑπεξαίρεσις Δπ 41 1 10 (Epicuri est locus) ὑπεξαιρέσεων ρ I 202 18 ὑπεξαιρέτων ευ 132 11 ὑπεξελόμενος X? VIII² 189, 11 11.

De voce ἐφιορκία simm. cf. Thumb 12 35 37 72 GM³ 327 Kretschmer Vaseninschr. 228. Quidquid ex lapidibus innotuit praeter paucos Dorum titulos (ἐπιορκήσαιμι CD² 116 22 Hierapytnae pt, ἐπιορκόντι 117 17 ib.) formas praebet transposita aspirata insignes, cf. GMeyeri loci et ἐφιορκέοιμι BCH XIX 1 sqq. A 17 ἐ]φιορκέοι C 3 e Labyadarum lege sacra. Et sic etiam papyri vetustiores: ἐφιορκοῦντι PPetr II 150 a 5 (200ª) BU 543 13 (27ª) POxy II 240 8 (37ᵖ) PAmh II 68 35 (IIᵖ) al., verum ἐπιορκ[οῦντι PLond II 147 16 (64ᵖ) ἐπειορκήκαται (= ἐπιωρκήκατε) BU 683 11 (II—IIIᵖ) ἐπιορκίας PLond I 202 55 (VIᵖ) ἐπιορκείας 234 52 (VIIIᵖ). Quod ad codicum memoriam attinet feruntur volgo in grammaticis (cf. Schmiedel § 5 10ᵈ) testimonia haec: ἐφιορκοῦσιν LXX Sap. Sal. 14 28 Alex. (adde ἐφιορκία ib. 25 C) et ἐφιορκήσεις ev. Matth. 5 33 Sin. Excussis autem editionum lectionibus et plura et certiora proferri licet: ἐφιορκήσῃ Stob. Anthol. I 612 10 A¹Mᵈ (in fr. comico) ἐφιορκεῖν ib. 621 14 LM¹ (in Chrysippi loco) ἐφιορκεῖν Aristot. rhet. 3 16 1416ª 31 Aᶜ ἐφιορκίας Joseph. A 5 169 170 M 14 348 P ἐφίορκος Vit. 102 P. Itaque recte olim Phrynichus ἐφίορκος proscripsisse cognoscitur, cf. p. 308 Lob., quem locum quo explicaret non habuit grammaticus acutissimus praeter Hesychii glossam ἐφιορκήσαντες. Novelli litera ι detrita ἐφορκία simm. dixerunt, quaemadmodum iam in papyro magica s. IV p. C. legitur: ἐφορκίζω WL 1043, cf. ἐφορκισμούς Epiphan. ed. Dind. II 98 22 v. l. ἐφορκίζοντες Athanas. ed. Maur. I 152ᵈ ἐφορκιστῶν Cyrill. Hierosol. procatech. 9 cod. Mon. 394 s. X Bodl. 271 s. XI ἐφορκισμούς catech. 1 5 Bodl. 171 (et sic constanter). Novam creavit dipthongum Byzantinorum aetas, cf. ἐφούρκισεν (sive -κησεν) Theoph. Chronogr. 184 5 352 21 374 4 (at ἐπιορκήσας 194 7), alii primam mutaverunt literam: ἀφορκίζω acta Pelagii 10 26 (cf. ib. Us.), ἀφίορκος hodiernorum (Hatzid. Einl. 291). Quintum denique scribendi genus in his conspicies: ἐπορκιστῶν Justin. apol. ad sen. Rom. 6 ἐπορκίζοντες ib. ἐπορκισταί dial. c. Tryph. 85 ἐπορκίῃ Stob. Anthol. I 620 16 (fr. Eusebii) cod. A.

Verbo ἀμπίσχειν recentiores ἀμφίσκειν substituerunt, quae mutatio iam sub Augusti aetatem in linguam recepta esse videtur. Multa enim Philonis feruntur testimonia, velut ἀμφίσκουσιν III 226 1 G ἀπαμφίσκεται 251 21 GFHP¹ ἀπαμφισκόμενος 193 23 AB (i. e. codd.) etc., alia Origenis: ἀμφισκόμενος ed. Berol. II 85 21 ἀμφισκομένης I 237 13 A (ἀμπισκομένης

1) Ab altera parte οὐκ ὁλόκληρα Artemid. 67 9 L οὐκ ὁλόκληρον Rhetor. ed. Walz VIII 253 Ald.

Philocaliae codd. 124 8 ed. Rob.), quibus adde quae praeterea e Cyrillo Zonara Hesychio Suida adnotaverunt Thesauri editores I 2, 261[f] 1167[a] III 1397[c].

Plane idem passum est Hebraicorum vocabulum πάσχα. Nam φάσκα identidem in Josephi libris invenit Niese, velut Ant. 2 313 P^1 3 293 OE 5 20 codd. (praeter Zonaram) Bell. 2 10 LVRC (πάσχα PAM) eademque forma Originis codicibus comm. in ev. Jo. ed. Brooke II 245 5 servatur, cf. etiam ἔφασκον pro ἔπασχον Joseph. Ant. 5 187 RO. Nomen proprium Paschasius Φασχάσιος scribitur CIGSic. 158.

Qua vero de causa modo vocem ὑπεξαίρεσις attulerim ex his velim cognoscas: ὑφεξαιρεῖσθαι BU 840 4 6 (VI^p) ὑφεξήρηται LXX Gen. 39 9 D s. V—VI ὑφεξαιρεῖ Hero geom. ed. Hultsch 59 4 A 90 24 A ὑφεξαιρέσεσιν Diod. 12 21 P (opt. s. X) AF ὑφεξαιρεθέντος Gemin. 36[d] V^2 ὑφεξηρημένον Philo I 30 16 V ὑφεξελόμενος 29 13 V idem Joseph. A 3 258 ML ὑφεξέλονται A 14 201 v. l. ὑφεξηρήσθω Orig. Philoc. ed. Rob. 152 16 AB 190 3 AB ὑφεξηρηκέναι 157 24 AB ὑφεξαιρουμένου ed. Berol. I 256 10 cod. ὑφεξαιρεθῆναι Cram. Cat. in Act. Ap. 199 31 ὑφεξαιρουμένου Epiphan. I 288 32 V ὑφεξαιρούμενος II 674 12 B ὑφεξαίρειν (= ὑπεξαιρεῖν) III 35 6 cod. ὑφεξαιρῶν Philop. in Ar. de an. 140 26 R ὑφεξερεθῇ (sic) in Ar. phys. 678 21 K ὑφεξαιρουμένου Chemici ed. Berthelot 157 17 codd. fere omnes ὑφεξαιρούμενοι Bekk. Anecd. 252 10 cod. ὑφεξαίρειν· ὑφαιρεῖν, ἐπαίρειν Hesych. ὑφεξαιρομένου· ἐπαιρομένου id. ὑφεξαίρειν (sic) Syncell. 331 3 AG ὑφεξαίρουσιν 441 8 'ὑφεξαίρεσις exceptio' 'ὑφεξαιρῶ excipio' Gloss. Laod. 108, porro ὑφεξελόμενος Theodor. h. eccl. V 12 13 AB ὑφέξελε· ἔπαρον Hesych. ὑφεξέλκων Cyrill. Alex. in ev. Joann. I 659 23 B (retinuit Pusey) ὑφεξέλκει 728 26 v. l. ἐφεξεῦρεν Hippolyt. in Dan. 2 27 (intactum reliquit Bonwetsch).

Metathesin aspiratae non Byzantinis imputandam esse docent testimonia e Latinorum libris conquisita: ЄΦЄΞΗΓΗϹΙϹ solemnis est scriptura cod. Monac. (s. IX) Porphyrionis Horatii commentatoris, cf. ed. Mey. 6 21 113 7 131 14 134 12 146 16 151 21 eΦЄΞΝΓΗϹΙϹ 154 4 ЄΦЄΞΗϹΙϹ 166 19, 'afexeresis' (= ὑπεξαίρεσις) tradit Schematum dianoeas codex Halm Rhet. 73 11, 'efexegesis' Serv. ad Georg. 1 3 codd. 'efexegesin' ad Aen. 1 12 libri (praeter M qui 'effexegiesin' praebet) 'efexegesis' 2 260 CLH (at 'epexegesis' E et sic 6 7 libri omnes nisi falsum est Thilonis silentium). Porro 'efexegisis' Schol. Lact. Plac. in Stat. Theb. VI 883 M ('effixigestus' Pa 'effexegesi' Pb) 'ephexegesis' VII 49 L ('epex.' MP ex silentio Jahnkii, cui equidem nil tribuo), cf. ad X 740 ubi ἐξήγησις scribit editor, at ЄΦЄΡЄϹΙϹ M unde revocari debet ἐφεξήγησις. Ab antiquis igitur grammaticis formam similem mutuatus est Eberhardus Bethuniensis, cf. 'eflexegesis' (sic) Graecism. ed. Wrobel 1 89 ('efflexegesis' et 'exfexegesis' v. l.). Perperam 'effexegesis' pro ἐξήγησις habetur a Ducangio GML ed. Faure III 232.

Redeo ad Graecos: τεθευκέναι (= τετευχέναι) *Iatr 14 34 (καθάρρους 8 44 sed κατάρρους 19 32, καθ' εὐθυωρίαν 16 24; illic gemina consona ρ spiritus fuit causa, hic utraque aspirata cernitur), ἀφαυδισάμενοι BU 195 13 (161^p) quo in verbo latet ἀπαυθαδισάμενοι (errat Thumb Koine 177 qui verbum ἀφειδέω subesse dicit), καθ' ἐξαίρετον Usen. d. hl. Theod. 70 7, ἀνθανίσταντο Jo. Lyd. περὶ διοσημ. ed. Wachsm.[2] 10 5 cod. C s. IX, οὐχ

εἰς ἓν σημεῖον Simplic. in Ar. de caelo 177 15 A s. XIII—XIV οὐχ εἰς ὕλην 310 24 A οὐχ ἐν ἑτέροις Trincher. syllab. 35 (1035ᵖ).

Contrarium deprehendis vitium in vetere quadam papyro: ἐπ' ἕχαστο[ν RevMél 302 (IIᵃ). Hic etiam vocum χύτρα (κύθρα) χιτών (κιθών) esset locus, nisi de his iam antea aptius egissem, cf. pg. 82 sq.

Restat certum vitiorum genus quod iam antiquitus extitisse ex testimoniis apparet: οὐκ ὑπακουόντων Aristot. rep. Ath. Bl.² 48 5 in parte operis a negligenti quodam librario conscripta οὐκ ὑπελίφθη LXX Exod. 10 15 Vat. s. IV οὐκ ὑπακούων Deut. 21 19 Vat. (idem etiam οὐκ ὑπολειψόμεθα Exod. 10 15 οὐκ ὑπολείπεται Gen. 47 18), οὐκ ὑπακούει Hippocr. VIII 384 (L) Ald. Frob. οὐκ ὑπακούειν Joseph. A 5 198 M¹ οὐκ ὑπεκρύβη Apocalypsis Baruch Texts and Studies V 1, 91 8 οὐκ ὑπετάγη Hippol. ed Ber. I 1, 166 18 A s. X—XI οὐκ ὑπεδείχθη Orig. ed. Ber. I 242 12 cod. m 1 οὐκ' ὑπεξίσταται (sic) Philop. in Ar. phys. 665 27 K οὐκ ὑπήντησεν Chron. Pasch. 601 10 cod. οὐκ ὑπεξέβη Theoph. Chron. 204 17 y. Vocis φακεψῶν (= φαχεψῶν) PPar *67 16 (IIᵃ) eadem est ratio atque nominum Κράτιππος Φύρκιππος simm.

Etsi latius quam consilium operis patitur de his rebus fluxit oratio, tamen non moleste hoc laturos spero, quorum in usum illa maxime sunt exposita, grammaticos dico veterumque scriptorum editores. Separatim nunc de voce οὐθείς (μηθείς) agendum, qua in disputatione auctores Herculanenses retento more singillatim perlustrabor. Atque qui horum aetate antiquissimus est Epicurus aspiratam magnopere adamasse ne dicam fere ubique adhibuisse videtur. Nam reperitur in eius libris οὐθέν 15ⁱᵉˢ μηθέν bis (πρ 21 8 p 1413 24 4), alterius rationis testimonia (οὐδέν κη 7 2 8 8 12 18 13 24 VII (Є?) 71, 3 2 οὐδένα κη 10 8) fere ad unum omnia e libro de natura duodetrigesimo comparantur, in quo οὐθείς μηθείς non traditur. Unde librarium huius voluminis memoriam immutasse sive immutatam propagasse mea est sententia. Pariter tenui adversantur Colotes (οὐθέν in Plat. Euthyd. 19 7) Polystratus (οὐθέν 7ⁱᵉˢ μηθέν 5ⁱᵉˢ οὐθείς 21ᵇ 8 οὐθενός 2ᵃ 5 οὐθενί 21ᵇ 6 μηθενός 23ᵇ 8 μηθενί 20ᵃ 7 — οὐδείς 11ᵃ 9 οὐδεν[ί 13ᵇ 9) Carneiscus (οὐθέν fr 9 12 col 12 2 7) Chrysippus (οὐθέν p 307 3 23 4 18 12 12 13 13 28 31 μηθέν 5 26)[1]), verum alius est Philodemi Demetriique usus. Nam huius libri nil exhibent nisi μηδενός ε̄ 57 4 οὐδενός 4, atque Gadarenus praeter οὐθενὸς χεῖρον ρ II 49 16 οὐθ[ένα 215 19 οὐ]θενός π XI² 149, 3 18 nusquam praebet aspiratam in casibus obliquis, in scribendis vero formis οὐθείς οὐθέν (μηθείς μηθέν) aliquantum discrepare vidi eius papyros. Etenim aspiratae usus maxime reperitur in pap. rhetorica †1015—832 (ρ I 270—289 II 1—64): οὐθείς II 32 11 οὐθέν 12 11 24 12 27 8 29 4 35 15 50 10 51 2 μηθέν 10 13 31 4 32 7 — οὐδείς

1) PPar 2 (i. e. Chrysippi περὶ καταφατικῶν ut videtur fragmenta) voce οὐθέν vel in versibus tragicis utitur (cf. 2 11 10 28), quam formam inter Chrysippi dictionis vitia perstringit Phrynichus. Quamquam in ea papyro quam de Arnim ad celeberrimum Stoicum reduxit aspirata frustra conspicitur, cf. οὐδείς Herm. XXV 447 2 16 20 479 6 7 25 483 1.

59 1 62 8 οὐδέν I 273 6 II 8 10 22 18 32 11 62 3 et p rhetor. †1004 (ρ I 325—385; utraque papyrus pertinet ad librarium β): οὐθέν 330 13 354 18 351 4 354 1 369 8 ο]ὐθείς 332 2 μηθέν 349 20 353 1 355 13 — οὐδέν 383 2 μηδέν 354 15 371 19, maior tamen librorum pars leniorem usum praefert velut p rhet. †1669 (ρ I 325—270): οὐθέν 239 10 255 34 258 35 μηθέν 259 29 et col 1 9 (non exscripsit Sudhaus) — οὐδέν 228 30 233 23 234 2 238 17 247 15 250 30 253 11 256 7 261 39 263 30 268 16 μηδείς 233 30 et †οι: οὐθείς 6 34 20 32 μηθέν 17 47 20 4 — οὐδέν 12 12 15 36 μηδέν 5 11 9 39 11 10 15 25 18 22 19 8 22 45. Inter ampliores vero papyros nullam fere investigavi in qua aspirata non traderetur. Sed cum conferimus inter sese librarios accuratos quique neglegentius scripserunt illos paullum magis formis aspiratis favere videmus, cf. ρ p †1674 π p †460 †1073 et ex altera parte ρ *1007 *1672 *ευ *c *ορ *μ *θ. Hos ad communem illius temporis usum se applicare ex iis manifestum erit quae deinceps de Aegypti papyris sum expositurus.

De fatis scripturae οὐθείς οὐθέν cum ne in universum quidem recte vidissem iudicari[1]), fusius disserendum esse putavi. Et de titulis quidem Atticis consulendus est Meisterhans (^{3}104 258) qui inde ab anno 378 a. C. aspiratam in usu fuisse deinde solam reperiri intra annos 300 et 60 a. C. rursus rarescere Romanorum temporibus novissima denique exempla ad saec. II vel III p. C. n. docet pertinere. Porro ex Aegyptiorum litteris haec exhauseris: primis Ptolemaeorum temporibus plerumque adhibetur dentalis aspirata, ut in edicto vectigalium Ptolemaei Philadelphi (258^a, semel μηδενί 50 16), cf. etiam de papyris Mahaffianis (s. III a. C.) PPetr I II ind. verb., idemque in papyris insequentis saeculi observatur. De ultima Ptolemaeorum aetate propter papyrorum inopiam nil quidem potest dici, postea vero volgi lingua pristinam consonam δ recuperavit habesque in tanta papyrorum copia formae aspiratae testimonia nonnisi quattuor: οὐθέν PLond II 97 11 (11—15^p) POxy II 237, 7 43 (86^p) μηθέν PLond II 147 15 (64^p) BU 638 15 (143^p). Hic monendum paucis de Epicurei Oenoandensis lingua: scribit ille οὐδέν ter μηδέν quinquies μηδενί semel, quod cum communi illius temporis (s. II p. C.) usu conspirat. Venio ad scriptores. Inde ab anno 378 a. C. aspiratam in titulis apparere paulo antea exposui, unde quanti codicum memoria sit aestimanda mecum recognoscas. Nam Thucydidis Antiphontis Andocidis Lysiae libri a consueto scribendi more nusquam recedunt (idemque de Herodoti libris moneo), at posteriorum auctorum et papyros et codices aspiratam quoque tradere ex variis lectionibus cognoscitur, velut Platonis (οὐθενός Tim. 20^a οὐθέν Phaedonis pap. 21, 3 2 al.) Xenophontis (οὐθέν Cyrop. II 2 19 3 3 A etc. οὐθένα II 6 1 D^1 al.) Isocratis (οὐθείς or. de pace 52 57 95 133 pap. s. I^a οὐθέν 15 etc.) Demosthenis (οὐθένα ep. 3 33 pap. μηθείς 34 pap.) Hyperidis (οὐθενός in Athenog. 7 οὐθένας ep. 39) Aristotelis ('μηθείς μηθέν, οὐθείς οὐθέν admodum saepe apud Aristotelem legitur, sed non minus usitata ei est forma attica μηδείς, οὐδείς, cf. Lob.

1) Veluti falsum est quod dicit Schmid Attic. II 128 'und (man) behielt die lautlich falschen Formen οὐθείς und μηθείς . . . bis man wieder erkannte, dass die attische Sprache dieselben nicht gebraucht hatte'.

Phryn. 182' Bonitz Jnd. Ar. 464 34). Sed ultimi huius auctoris libellus de republica Atheniensium utpote accuratissimo stilo scriptus nusquam praebet formas tunc temporis volgares. Porro Hippocratis libri et quidem potiores aspiratam hinc inde tradunt, cf. I 85 16 92 12 95 18 ed. Kuehl. etc. Atque comica quoque in dictione saepe οὐθείϲ legitur, cf. οὐθέν Chamael. I 636 K al. Inter Ptolemaeorum deinde aetatis scriptores quod ego sciam non extat qui aspiratae formae nulla praebeat testimonia (cf. Teletis Polybii Eudoxi Hipparchi Apollonii Citiensis Antigoni Carystii Agatharchidis Heronis Veteris denique Testamenti editiones). Verum inde a primis Romanorum imperii temporibus rarescit aspirata. Sic in vasto Strabonis opere solum reperitur οὐθέν 140 μηθέν 8, tum οὐθέν 350 BC (οὐδέν A), 448 BDE (οὐδέν C), frustra consulueris Geminum et Asclepiodotum. Permansit tamen forma οὐθείϲ in auctorum lingua usque ad ineuntem Byzantinorum aetatem, quod ne nimis testimoniorum moles accrescat paucis tantum exemplis confirmabo. In Onosandro plerumque οὐδείϲ μηδείϲ traditur, sed οὐθέν praef. 8 cap. 10 27 32 3 38 4 μηθέν 35 3 absque v. l., tum οὐθέν 10 5 20 1 οὐθείϲ 1 17 μηθέν 6 9 invenit in AB et recepit Koechly; οὐθείϲ Sext. Empir. 523 24 699 2 743 27 et cod. C 594 16, μηθέν 289 27; οὐθέν Clem. Alex. Paedag. 234 9 356 2 al.; μηθέν Plotin. ed. Creuz. 311 5 775 12 v. l., οὐθέν 994 libri praeter M[a]; οὐθέν Porphyr. script. min. N[2] 151 5 154 14 156 21 οὐθενόϲ 157 21 μηθέν 138 14; μηθέν Cleom. 6 27 οὐθενόϲ 21 μηθενόϲ 20 10 al.; μηθέν Iambl. protr. 107 27 οὐθέν 34 6 113 14. Sed etiam ultra Constantini aetatem propagata est aspirata, id quod plerumque certo consilio factum esse cognoscimus, uti Iuliani maxime docet memoria. Pro exemplo sit lepidum illud Convivium. In hoc enim libro θ praebent omnes codices 14[ies] et meliores 7[ies], at lenis consona septies tantum sola traditur. Igitur qui Hertleinii editionem redintegrabit aut omnibus aut certe plurimis locis eam formam recipiet, quam Iulianus sine dubio in suis Atticorum libris legerat antiqui fucoris cupidus. Recentissimorum deinde philosophorum exempla Platonis Aristotelisve imitatione explicantur. Sic frequens est in Simplicii libris scriptura μηθέν (ut in Ar. phys. 139 1 9 238 19 789 27, cf. οὐθενί ib. 125 6), μηθέν Philop. in Ar. phys. 478 5 M οὐθέν 750 13 M οὐθέν Eustrat. in Eth. Nic. 77 4 al. Illi vero auctores, quos proprio nomine Byzantinos vocamus, velut Malalas Procopius Syncellus Theophanes, penitus aspiratam ignorant, quam unus resuscitare conatus est Nicephorus Chumnus Plotini imitator, cf. οὐθέν sub calce editionis Plotini Creuzerianae 1416 1420.

Sunt etiam alia vocabula in quibus mutatio dentalis cernitur, quorum pars cum voce modo pertractata arte cohaeret:

οὐδενωτὴϲ ἢ ἐξουδενωτήϲ υ 24 2 ἐξουδεν[ω]τήϲ 24 9 — ἐξουθένωϲιν ρ II 63 17[1]),

---

1) In his vocibus cum ea demum aetate sint creatae qua usus scripturae οὐθείϲ maxime vigebat etiam a posteris acrius retenta est aspirata. Sic Hippolytus qui nusquam οὐθείϲ scriptum reliquit exhibet ἐξουθενηθῆναι ed. Berol. I 2, 28 4 ἐξουθενοῦντεϲ 1, 270 18 I (-δ- AB) ἐξουθενοῦϲιν 214 10 A (-δ- B), et Byzantinorum editiones perquirenti sese offert οὐθενότηϲ Theoph. chronogr. 459 4 ἐξουθενούντων Phot. epist. ed. Balettas 477 ἐξουθενιϲμόν (-ηϲμόν libri) Mich. Akuminat. ed. Lampr. I 139 2 οὐθενότητοϲ Syntip. ed. Eberh. 77 24 οὐθενείαϲ Ed. Kurtz Zwei griech. Texte üb. d. hl. Theophano 20 21 al.

οὐδέτερος ρ II 56 13 59 2 299 fr 6 οι 22 35 al. μηδέτερον ρ II 125 9[1]),

οὐδαμῶς μ 32 8 107 25 ρ I 11 12 51 12 73 29 II 29 fr 15 227 26 μηδαμῶς οι 23 31 μ 48 6 77 30 ρ II 295 fr 3 θα̅ 22 34 — οὐθαμῶς ευ 110 23 ρ II 5 4 (?) 31 18 οὐθαμοῦ p 296 VII[2] 34, 8 5 οὐθαμῆ Ειᾱ II[1] 11 3 οὐθαμεῖ (cf. supra pg. 36 42) Π 3 16[2]),

οὐδ' ὅλως ρ I 214 17 218 23 II 251 9 al.[3])

---

1) cf. Tryphonis papyrus: οὐδετέραις 1 25 οὐδετέρως 2 59 — οὐθετέρου 1 45 οὐθετέρων 2 60 οὐθετέρως 2 51 52; οὐθέτερον Isocr. de pace 133 pap. Plura e codicibus lucramur: μηθ' ἑτέρῳ (sic) Hippocr. ed. Kuehl. I 118 5 MV οὐθετέρα ed. L. V 202 536 libri (praeter θ) Eucl. ed. Heib. III 348 19 350 4 360 11 12 17 18 v. l. μηθέτερον Isae. 7 29 codd. οὐθέτερον Joseph. B 5 307 Ael. h. a. 46 7 113 15 219 31 243 7 (tenuem restituit Hercher) Sext. Emp. 632 21 V οὐθετέρως 633 23 V οὐθετέρων 582 1 codd. οὐθέτερον Galen. ap. Oribas. II 377 8 G Clem. Alex. strom. ed. Dind. II 165 5 302 1 cod. οὐθέτεραι III 200 4 cod. μηθέτερον Al. Aphrod. quaest. 89 33 BSa οὐθετέρων Herodian. hist. ed. Mend. 86 18 codd. οὐθέτερος Iambl. protr. 121 14 οὐθέτερον Greg. Nyss. in Eunom. 390[a] V οὐθετέροις 310[c] V. E Byzantinis nil habeo quod addam.

2) cf. οὐθαμεῖ μηθαμῶς μηθαμόθεν e Dorum titulis (KB I 634) μηθαμῶς PPar 50 8 (c. 150[a]) οὐθαμόθεν PTor II (1827) 2 12 (II[a]) PLond I 38 16 (158[a]). Inter codicum numerum excellunt Diogenis libri: οὐθαμῇ Ε ep 1 p. 23 11 Us. μηθαμῇ ep. 2 p. 53 14 (μηδαμῇ ib. 42 12) οὐθαμοῦ ep. 1 p. 7 12 (e codd. P[1]Q restituendum) οὐθαμόθεν κύρ. δόξ. 10, quos locos cum papyro supra allata coniungi oportet. Praeterea nil habeo nisi haec: οὐθαμῇ Aristot. de cael. 5 272[b] 19 E opt. οὐθαμόθεν Procop. bell. Goth. 3 12 cod. f ante corr. Sed hoc testimonium perquam est dubium, reliqua vero quam artis finibus formae οὐθαμῆι οὐθαμῶς simm. olim fuerint circumscriptae clare demonstrant.

3) μηθ' ὅλως POxy I 68 28 (131[p]) et sic identidem recentiorum auctorum memoria velut οὐθ' ὅλως Clem. Alex. Strom. vol. II 194 15 cod.

LIBER V.

Ad nominum flexionem transit disputatio, cuius rationem paucis aperiam. Etenim cum totius operis consilium in eo consistat, ut memoria Herculanensis cum titulorum papyrorum codicum testimoniis comparetur, in eas fere quaestiones incidet oratio, ad quas tractandas aditum praebent exemplaria Neapolitana. Ultro raro progrediar.

Verum etiam aliud praemonendum videtur. Fugiunt auctores Herculanenses numerum quem vocant dualem illis saeculis (III—I^{a}) intermortuum. Nam de vocabulis δύο et ἄμφω propria res est, sicut infra exponetur.[1])

Sed iam de iis nominibus verba faciam, quae ad primam spectant declinationem. Sunt autem nonnulla, quorum terminationes si ultima stirpis consona est liquida variant inter -α et -η (-αν et -ην etc.)[2]) propterea que notari oportet

πρ[ὸϲ τ]ὴν δίναν Ϲια̅ 2 4[3]),

τόλμα ρ Ι 196 26 τόλμαν 360 14 τόλμαν (subst.?) p 255 O VI 1578, 211^{b} 9[4]),

ἐκ πείραϲ c 15 20 τ]ῆϲ πείραϲ πα fr 85 11.[5])

---

1) 'Philodemus dualem non adhibet' Hermann Schmidt de duali Graecorum et morienti et reviviscenti Bresl. phil. Abh. VI 4, pg. 24 (diss. Vratisl. 1893). Apud Strabonem semel apparet dualis in v. l.: μεταξὺ γὰρ δυεῖν ὁροῖν 356 A (ὁρῶν B et edd.) itemque apud Diodorum: δυοῖν γὰρ ὄντοιν III 37 cod. c deterioris classis (ὄντων cett. et edd.). Et hic et inde quia e nomine numerali orta videtur lectionis discrepantia, librariis potius quam auctoribus illa testimonia tribuenda.

2) cf. KB I 381 Dieterich 172 sq.

3) Fert opem illa papyrus memoriae Diogenis Laertii. Namque in altera Epicuri epistula δίνην edidit Usener p. 53 4 18, sed utroque loco contra optimorum librorum fidem (δίναν BP[1]), adde quod p. 52 14 vocis δίνην litera paenultima super rasuram scripta est in codice B (nil adnotatum video p. 40 5: τὴν δίνην). Forma δίνα adhuc in lexicis desideratur.

4) cf. KB I 382 Hatz. Einl. 86. Phrynichus quidem et τόλμα et τόλμη admittit (cf. BA 66 23), verum scriptores illuc aperte vergunt: τόλμα Plato (Schanz VIII vii ubi vide poetarum recentiumque testimonia) τόλμαν Hyperid. epit. 17 22 Strab. 524 Onos. 1 9 τόλμα 36 5; et sic etiam Iosephus constanter mihi scripsisse videtur, quamquam altera ratio locis haud paucis in libris quibusdam apparet, cf. τόλμην Bell. 1 35 VN 4 158 R τόλμη Ant. 7 236 RO al.

5) Nominum in -ρα propria est quaestio. Hic enim recentiorum temporum usus α in η convertit in casibus genetivi et dativi, cf. GM[3] 95 adn. 2 Schulze

Ob similem causam affero

ἰ]γνύαν Ακ 13 23 [1]),

τῆς γεγονυίας θ 19 8 πα fr 17 10 φιλαργ VII² 192, 3 19 ἐςχηκυίας θ 35 38 ἠνθηκυίας ρ I 191 7 cυνεςτηκυίας p 296 VII² 34, 8 5, γεγονυία (dat.) μ 46 5.[2])

De nominibus propriis quorum clausula est HC coniunctim

---

qu. ep. 486 adn. 3. Papyri in scribendo ἀρούρης sibi constant, cf. BU 376 16 21 (67p) 526 13 30 (86p) 101 22 35 (114p) etc. 349 8 (313p) 319 10 (VIIp) etc., idemque de forma cπείρης dicendum, cf. BU 241 3 (177p) 73 2 (175p) 447 12 (175p) 729 7 (144p) 741 4 (143p) al., cf. etiam ὀλύρης Rend. del Reale Ist. Lomb. 1876, 583 (pap. Aeg. 162a), sed ὀλύρας gen. Transact. of the Roy. Ir. Ac. XXXI (1898) 200 (pap. Aeg. IIIa) PTebt I 61b 86 (118a) al., μοίρης PLond I 134 58 135 80 136 100 113 137 144 (138p) λείτρης BU 781, 6 13 (Ip, at λείτρας ibid. novies) τῇ cφύρῃ PLond I 68 95 (IVp). E libris pauca tantum afferam: cπείρης ex Hipparchi libro eiecit Manitius (cf. 30 22 32 5 46 16, at cπείρας traditur 134 12 162 3 168 2), cπείρης scribunt Iosephi codices plurimi Bell. 3 12 (PAMLVR, cπείρας C), cφαίρης Dio Chrys. 65 13 M opt. ἀρούρης Callisth. ed. Meus. 2 16 cod. μαχαίρῃ Iambl. protr. 107 6 112 24 cod. Porro etiam adiectivis, quorum stirps exit in consonam ρ, sese insinuavit novellorum ratio hic in nominativi quoque et accusativi formis recepta ut φιάλη ἀργυρῆ BU 388, 2 22 (IIp) ἀργυρῆν DA 203 23 (III—IVp) Μικρῇ Ἐπαύλει (fundi nomen) BU 749 3 (VII—VIIIp), cf. ex actis medii aevi graecis τὴν μακρήν Cusa 294 μικρή 465 ἡ μικρὴ πυγή (= πηγή) 622 623 al. (s. XI—XIII), tum e codicibus ἀργυρῆν Aristot. οι 2 1353b 21 Q Artemid. 180 13 L μικρῆς Athen. de mach. ed. Wesch. 13 1 M opt. (cf. ib. 32 10 τῇ ἐςχάρῃ idem M) μικρὴν cκιάν Hero geom. ed. Hultsch 180 7 MG (μικράν N) μικρήν Aen. soph. ep. ed. Herch. p. 25 17 cod. μακρήν Clem. Al. str. ed. Dind. III 94 2 cod. διὰ μακρῆς cυνηθείας Ios. in Ap. 1 3 17 cod. (cιδηρέην Ant. 4 99 libri, -έαν Dind.) μικρῆς Alex. Aphrod. in Ar. de soph. el. a ὑγρῆς Laur. Lyd. περὶ διοc. ed. Wachsm.² 100 19 cod. C s. IX ὑγρήν Philop. in Ar. phys. 224 22 K. In hodiernorum lingua est γέφυρα γεφύρας, μάχαιρα μαχαίρας, at μικρὴ μικρῆς, δροcερὴ δροcερῆς, Hatz. Einl. 84.

1) cf. KB I 382 adn. 6. Et ἰγνύα et ἰγνύη traditur, cf. ἰγνύα Aristot. hist. an. 515b 8 ἰγνύαν Plut. Artox. 11 (-ην ABCD) 14 (-ην PABC) Eum. 7 (-ην M) ἰγνύα Gloss. Laod. 82 ἰγνύην Hippiatr. ed. Mill. Not. et extr. XXI 23. Utrum Atticorum fuerit ignoratur. Aliquoties vero inter formas ἰγνύα (-η) et ἰγνύc diiudicandum fuit editoribus: τὴν ἰγνύν Aristot. h. a. 498a 8 (ἰγνύην P) τὴν ἰγνύν Diod. 3 28 (ἰγνύην D optimus) ἰγνύαν (-ην) Plut. Eum. 7 (ἰγνύν C).

2) cf. KB I 383, qui affert cυνειδυίης Act. Apost. 5 2 ἐπιβεβηκυίης LXX 1 Sam 25 20. Papyri recentiorum temporum — nam desunt vetustiora exempla praeter καθηκυίης PLond I 29 4 (161a) — plerumque ad Ionum morem scribunt. Sic γράμματα μὴ εἰδυίης ubique invenies, velut BU 187 9 (159p) 327 14 (166p) 648 23 (196p) POxy I 76 36 (179p), PGrenf I 100 57 (581p), dein μετηλλαχυίης PLond II 185 10 (91p) BU 55, 2 1 (161p) CPR I 134 10 (II—IIIp) γεγονυίης 578 17 (189p), sed μέρος οἰκίας cυνπεπτωκυίας POxy I 75 27 (129p) τῇ γεγονυίᾳ 104 23 (96p) al. Quin utraque ratio vel in eadem papyro conspicitur: μεμιcθωκυίας POxy I 101 41 — μεμιcθωκυίῃ (dat.) 32 45 47 (142p). Praeter sacros libros similia in Josephi quoque apparatu critico occurrunt: μεμενηκυίης ἀπολωλυίης ἐκβεβληκυίης ἑαλωκυίης Ant. 12 378 13 98 278 421 cod. P s. IX—X κεχωρηκυίηι Bell. 7 234 Lips. s. XI, alibi rarissime: εἰωθυίης Athen. περὶ μηχ. ed. Wesch. 4 8 (sic libri) προτεθηκυίης Orig. comm. in ev. Joann. ed. Brooke II 244 17 v. l. Verum nominativi et accusativi terminos intactos fere reliquit volgaris lingua. Nam τετελ[ευτη]κυίην CPR I 63 17 (IIIp) adhuc singulare est et quod legitur in codice Sinaitico LXX Sap. Sal. 10 7 ἀπιcτούcης ψυχῆς μνημεῖον ἑcτηκυίη cτήλη ἁλόc lectione codicis Alexandrini ἑcτηκυίας explicatur. Scribere mihi voluisse videtur Sinaitici librarius ἑcτηκυίης cτήλη, sed altera sibila sicut saepe factum videmus (cf. supra pg. 92) intercidit. His addas ἐν παλαιῇ οἰκίᾳ PGrenf II 133 3 (Vp) Ἡδίη (= Ἡδείαι) τῇ γλυκυτάτῃ θυγατρί PAS II 238 (tit. Phryg. aet. rom.) Κυρίης III 198 (tit. Cilic. eiusd. aet.).

agendum mihi visum est. Atque primum ea inspiciamus, quae in ΄ηc exeunt. Scribitur Καρνεάδου (Ακ 26 8 30 1 31 6 etc.) Εὐριπίδου πδ̄ 9 6 Αἰ]cχίνου p 495 6 3 Αἵδου ευ 61 9 κ VIII² 139, 3 6 Ξέρξου υ 16 19, verum Δημάδουc Ακ 8 2 Διογένουc I 346 5 347 3 etc. Νι[κο]-μένουc 27 9 Cωκράτουc οι 5 16 6 5 υ 10 26 etc. Ἰcοκράτουc ρ I 127 21 150 8 etc. Δημοcθένουc ρ I 150 10 337 9 etc. Ἀριcτοτέλουc 362 9 370 10 etc. Ναυcιφάνουc II 50 17 — Κλεάνθου (ipse legi) Στ 17 5[1]); tum in dandi casu promiscue Εὐριπίδει et Εὐριπίδηι, Κωλώτει et Κωλώτηι (cf. supra pg. 35 sq.), sed ut par est Διογένει (ρ II 99 201) Κλεάνθει (μ̄ 91 1) Ἀριcτοτέλει (ευ 72 3) etc.; denique Καρνεάδην Ακ 25 4 Εὐριπίδην (π β̄ 28 10 ε̄ 31 9 etc.) Θουκυδίδην (ρ I 188 16) Ἡρακλείδην (πα fr 20 11 49 4) al. — κατ' Ἀπολλων[ί]δη καὶ κατὰ [Ἡcίο]δον ευ 39 1 τὸν Ἀcκληπιάδη Iatr. 34 42 53[2]), ab altera parte Δημάδην (ρ II 113 11 al.) Ἀριάνθην (ευ 85 25) Διογένην (ρ I 358 10 etc.) Ἰcοκράτην (196 1 etc.) Ἀναξιμένην (216 23 etc.) Δημοcθένην (27 13 etc.) Ἀριcτοτέλην (216 22 etc.) Ναυcιφάνην (II 242 33 etc.) Θεοφείδην (I 78 21 II 248 22) — Δημοcθένη τήν ρ II 102 2.[3])

Venio ad nomina composita, quorum altera pars est ΚΛΗC.

---

1) Cum titulis Atticis qui intra a. 300 et 30 a. C. rara tantum legitimae scripturae -ουc exempla (Cωκράτουc, Διογένουc, Ἐπιμένουc) exhibent (Meist.³ 134) comparandi Aegyptiorum illius temporis librarii: Ἀριcτογένου PPar 10 1 Καλλικράτου (145ª) Cωκράτου 5, 11 8 (116ª) Ἑρμοκράτου PGrenf I 18 (132ª) al., sed Καλλιφάνουc PPetr I 62, 2 3 (IIIª) Ἀριcτογένουc II 118 11 (IIIª) Λυκομήδουc PMagd 5 20 (IIIª) Ἀντιγένουc PLond I 46 35 (IIᵖᵐ) etc. Verum inde a Caesaris aetate solum -ουc scribere solebant, sicut testes sunt tituli Attici (Meist. l. c.) et papyri (cf. BU ind. s. Διογένηc, Παμμένηc, Πολυδεύκηc etc.) atque Philodemus et Strabo. Nam in huius opere non extat -ου nisi duobus locis: Ἀριcτοτέλου 608 F (-ουc cett.) Ἀcτυάγου 519 CD (-ουc E). Sed talia haud scio an retinenda sint.

2) cf. accus. Φερεκλείδη CIA II 772 A 2 7 11 (IV—IIIª), Meist.³ 119. Neque e papyris Aegyptiacis neque e codicibus talia mihi innotuerunt, sed cf. Ἄδουc in devotionis tabellis Cypriis (s. II—IIIᵖ) Proceed. of the soc. of bibl. arch. XIII 178 17 180 18 181 24 182 14 186 13 187 13 188 11 15 iuxta Ἄδου 184 17 190 16.

3) Aliter Strabo. Huius enim memoria ita est comparata, ut plerisque locis in legitimum exitum conspiret, cf. Ἀνδροcθένη 766 Δημοcθένη 374 Ἐρατοcθένη 18ᶦᵉˢ Εὐρυcθένη 364 365 389 Μεγαcθένη 69 707 etc. Ἰφικράτη 389 Ἀναξικράτη 768 Διομήδη 284 326 Νικομήδη 624 Cωπείθη 700, raro -ην codicum consensu defendatur (Ἀριcτοτέλην 610 Ἀριcτοκράτην 362 Ἱπποκράτην 657 Ξενοκράτην 610 Γανυμήδην 587 Θραcυάλκην 29 Ἀcτυάγην 730), cum octies fere variam deprehendas lectionem, velut Ἐρατοcθένη 7 BC -ην A. Haec si contemplamur, auctoris manum a codicibus plerumque probe servatam esse apparet, quae consulto pristinam terminationem -η ab Atticis ipsis iam pridem derelictam (Meist.³ 136) resuscitavit. Hoc autem interest inter Δημοcθένου et Δημοcθένην, quod illud sub exeuntem Ptolemaeorum aetatem fere funditus interiit, hoc vero postea quoque in scriptorum lingua vigebat (velut Philostratus in accusandi casu prope constanter -ην scribit, cf. Schmid IV 21). Atque facile explicatur grammaticorum praeceptum: Δημοcθένην Ἀττικῶc. Δημοcθένη τὸ ἀνάλογον Ἑλληνικῶc Moeris 123, τὸν Δημοcθένη καὶ Ἀττικῶc Δημοcθένην Theodos. BA 979, quia vel antiquissima Graecorum auctorum exemplaria terminum -ην demonstrabant, cum alterius usus exempla Romanorum temporibus a nonnullis revocata sint, inter quos Strabonem esse modo exposuimus. Ex Aegyptiorum papyris praesto est Διογένην PPetr II 119 12 Θεογένην 122 5 Ἐπιγένην 145 20 (IIIª) Καλλικράτην Arch. f. Pap. II 83 (IIIª) al.

Flectuntur in hunc modum: nom. -κλῆς[1]), gen. -κλέους[2]), dat. -κλεῖ, acc. -κλέα, sed a consueto more recedit Περικλῆν μή ρ II 227 5 (in utraque papyro)[3]) et ὦ Πυθοκλῆ Δε 73 8 (loquitur Epicurus.)[4])

Inde ad reliqua nomina clausula -ῆς terminata procedit oratio: Ἀπελλέους πε̄ 31 10 Μιθρέους πρ 22 11, Μιθρεῖ libri πρ locis quatuor: 18 16 (o) 22 13 (no) OV 1099, 56 p 310 pezzo 4, Μιθρῆν πρ 19 2 22 18 35 21 (ipse legi) OV 1101, 58 30 32.[5])

---

1) Deest -κλέης sicut in papyris titulisque aevi Romani Atticis (Meist.^{3} 132). Verum μενεκλεῆς (sic) tradit Strabonis codex F p. 661 Cas. in nomine rhetoris Alabandensis. Quae lectio cum e librariorum variis moribus vix explicari possit cumque revera tituli Attici usque ad s. I. a. C. longiorem formam servarint Straboni debetur me quidem iudice.

2) Admodum usitatum fuisse in Aegypto nomen virile Ἡρακλῆς e papyrorum testarumque memoria sumus edocti, cf. e. g. Ἡρακλῆς Στράτωνος PLond II 224 53 (II^{p}) Ἡρακλῆς 23 87 94 32 125 34 191 etc. (I^{p}) PSchow pg. 28 (II^{p}) al. Flexio autem huius nominis haec est: Ἡρακλείους BU 757 2 (12^{p}), Ἡρακλή[ου]ς 135 4 (II^{p}), sed plerumque heteroclitice Ἡρακλέου velut BU 543 15 (27^{a}) 618, 1 17 (213^{p}) PSchow pg. 12 20 26 28 etc. (III^{p}), Ἡρακλείου velut BU 60 6 (187^{p}) PAmh II 139 16 (350^{p}), Ἡρακλήου velut ib. 75 51 57 (161—168^{p}) PFay 62 5 (134^{p}) BU 562 11 (III^{p}) similiterque in dativo casu Ἡ[ρ]ακλέω γεωργῶ PFay 88 2 (III^{p}) et Ἡρακλήωι 109 1 15 (I^{pi}) Ἡρακλή(ω) Ostrac. 15 2 (c. 1^{p}), denique Ἡρακλῆν BU 166 12 (157^{p}). Falso vero nominativum Ἡράκλεος (-ειος, -ηος) in indice posuerunt Angli cum nusquam eiusmodi forma sit tradita. Cum Ἡρακλήου cf. Ἑρμοκλήου BCH IV 163 (Erythris i), sed clausulam -κλῆτος -κλῆτι, qualem in titulo aetatis Romanae inveni: σωτῆρι θεῷ Ἡρακλῆτι CISic 1001, frustra quaesivi in papyris Aegyptiacis. Itemque de formis Ἡρακλέος Ἡρακλέως affirmari oportet, quae haud raro in libris leguntur, illa e. g. Joseph. Ant. 8 146 OV Strab. 653 F 826 E Iambl. vit. Pyth. 222 F s. X Iulian. I 216 10 274 18 281 9 284 2 codd. 17 17 136 24 264 12 V opt. (et sic Iulianum scriptum reliquisse contendo) Schol. Lycophr. 337 652 886 980 etc., haec Antig. Caryst. h. mir. ed. Kell. 33 1 cod. (Pal. s. X) Diod. 15 53 PA Strab. 668 F Joseph. B 4 660 PA (-έους L -έος M ἡρακλεέος VRC) Chron. Pasch. 153 2 al. Singulares sunt scripturae Ἡρακλείου (Diod. 15 79 in optimo Patmiaco) et παιδὸς Ἡρακλείους ἡγουμένου Syncell. 334 9 ed. pr. — Papyri Tebtyniticae nuperrime editae ubique -κλείους praebent, veluti Ἀμφικλείους I 61^{b} 34 111 263 etc. (118^{a}) Ἀγαθοκλείους 79 29 61 (c. 140^{a}) Μεγακλείους 81 21 (II^{af}) Προκλείους 61^{b} 353 (118^{a}).

3) ΚΛΗΝ inde ab anno CCC^{mo} a. C. n. in titulis Atticis recurrere docet Meisterhans^{3} 133 (cf. GM^{3} 429, Καλλικλῆν PPetr II 100 7, s. III^{a}) neque abesse a scriptorum usu praeter Philodemi testimonium et Phrynicho comprobatur (damnat ille formas Ἡρακλῆν Περικλῆν Θεμιστοκλῆν p. 156 Lob.) et librorum locis, quorum pars a Lobeckio e Plutarcho Philostratoque allata est, alii ex Aeliano (Ἡρακλῆν v. h. 32 13 129 5 ed. Herch.) et Callisthene (ed. Meus. 1 15) petendi. Theodosius vero quo iure scripserit Ἡρακλῆ καὶ Ἀττικῶς Ἡρακλῆν BA 780 equidem incompertum habeo, neque intellexi Hercheri rationem qui illud Ἡρακλῆ in Aeliani editionem introduxit (Ἡρακλῆ v. h. 32 13 129 5 pro codd. -κλῆν et 55 10 pro -κλέα).

4) Attici Περίκλεις (KB I 430) parsque recentiorum auctorum Ἥρακλες (ib. 430). E recentiore Arcadum dialecto afferunt vocativi formas Ἀριστοφάνη Πολυκλῆ simm. (ib. 435), verum talia potius linguae volgari attribuenda esse arbitror, cf. etiam Διοκλῆ ἄλυπε χαῖρε in titulo aetatis Romanae AM X 126. Vocativo Στρατοφάνη constanter usum esse Menandrum Photii fertur adnotatio (KB II 583).

5) Atticorum usus -ῆς -οῦ -ῆι -ῆν (Ἀπελλοῦ Strab. 657) multimodis immutatus est a posteris et maxime propter nominum in ΚΛΗΣ exeuntium affinitatem. Scribitur ergo in Asiae insularumque orientalium titulis recentioribus Ἀπελλέους Τιλλέους Βωννέους etc. (cf. Usen. Epic. s. Μιθρῆς, Schulze q. ep. 510, Franz CI II p. 1122^{a}), atque quemadmodum iuxta Ἡρακλέους extabat Ἡρακλείους et Ἡρακλήους (conf. paulo ante) sic ortum etiam Ἀπελλείους (Leb. III 408) Διείους (Rev.

De casibus obliquis nominis ʿЄρμῆc haec dicenda sunt: ὑφ' ʿЄρμοῦc | πα- ευ 31 8[1]), ʿЄρμῆν ὅτι 46 6 ʿЄρμῆν ἄλλ[ω μ 106 9 ʿЄρμῆν ἀπ- Ακ 4 1 ʿЄρμῆν καί ευ 105 32 56 16 — ʿЄρμῆ · | καί ευ 43 23 ʿЄρμῆ Δ[ιόc 16. Quae cum ita sint magnopere dubito quin certum scripturae ʿЄρμῆ testimonium teneamus.[2]) Deest dativus.[3])

Duo restant nomina: Θαλέω p 1788 VIII^2 60, 6 6[4]), Ἄρεωc ευ 48 12

---

arch. XXVIII 109, Mileti, aet. ptol., at Διέουc DS^2 318 50, 118^a) al. et Μιθρήουc IMB 687 2 (Ephesi i) Νεμονήουc Inschr. v. Magn. 273 (pt). Alius genetivus in -ῆ exit, cf. Ἀττῆ BCH XVI 423 (Pisid. i, sed Ἀττέουc 425), rursus alius in -ῆτοc, cf. Ἀπελλῆc [Ἀπελλ]ῆτοc CI 3141 sq (Smyrnae I^a) Μο[λ]ῆτοc Serta Hartel. p. 3 22 (tit. Lyc. 145^p, at Μολέουc 1 15 2 17 3 16 in eiusdem viri nomine). Huic nominum generi sese applicuerunt, quae ab adiectivis in -ήc -οῦc originem ducunt, cf. Єὐτυχέουc CI 4248 5 Νικοcτεφέουc add. 4316^k Ἀcφαλέουc IMB 306 308 etc. (etiam Δαψιλέωc BCH XV 484 5 iuxta Δαψιλέουc 4 8, tit. Bithyn. 109^p), deinde τοῦ Єὐτυχῆ tab. defix. Cypr. s. III^p Proceed. of the soc. of bibl. arch. XIII 182 27 34 Φιλοδήμου καὶ Єὐμενῆ καὶ Μακαρίου 179 15; ob similes Ionum in -ᾶc -ᾶδοc formas (cf. KB I 469) hinc inde scripserunt -ῆδοc, cf. πρόμνημα Єὐτυχῆδοc Ληνᾶδοc BCH VII 503 (Philadelphiae I^a) Πλειcταρχῆδοc XVI 224 27 (Olympi Asiat. s. II—III^p). Ultimum hoc exemplum mutato accentui originem debere (Πλειcταρχήc pro Πλειcτάρχηc) manifestum est. Verum haec recentis admodum aetatis esse recorderis. Titulorum testimonia cum papyrorum conspirant. Nam Graeci qui in transcribendis nominibus Aegyptiacis id maxime curabant ut Graecus exitus evaderet inter omnes potissimam adhibebant clausulam -ῆc, quam sic flectebant Lagidarum aetate: -έουc sive -είουc sive -ήουc: Μανρέουc PPetr. II 79 10 13 90 12 94 12 Ὀρcέουc 79 7 (c. 250^a) etc. Cαλέουc PPar 5, 8 1 Φατρέουc 10 1 etc. (114^a) — Μανρείουc PPetr II 79 10 (c. 250^a) Τμουνείουc PPar 5, 10 6 (114^a) — Τοτοήουc PGrenf I 64 40 42 45 (c. 100^a) Καιήουc 66 7 (c. 102^a), -έου: Ψαμμέου PTor II 69 19 (137^a) Πετέου PPar 5, 11 2 (114^a), -ῆτοc: Πατῆτοc PGrenf I 49 2 (118^a) Φατρῆτι PLond II 15 3 (111^a). Quin vel in eodem nomine varius reperitur flexionis usus: Καιῆτι PGrenf I 23 9 (118^a) — Καιήουc 34 7 (102^a), Βελλέουc PPar 5, 18 6 (114^a) — ʿЄρβελλῆτοc PPar 37 16 (c. 150^a) al. Sed Romanorum tempore qui antea maxime vigebat exitus in -έουc rarescit, cum in primum locum ascendant -είουc -ήουc -ῆτοc, cf. Πετέουc BU 331 4 (158^a), ʿΑτρείουc BU 342 5 (181^p) 330 13 (153^p) etc. Ὀρcείουc 6 3 (158^p) etc. Τιθοείουc 569, 2 9 (II^p) etc., Τιθοήουc PLond II 148 15 (64^p) Μαρρήουc 200 3 (48^p) Πετενεφρήουc 150 5 6 (I—II^p) etc., ʿΑτρῆτοc CPR I 6 11 (238^p) 7 7 (227^p) BU 90 3 (161^p) etc. Κιαλῆτοc BU 358 7 (151^p) Βελλῆτι PLond I 181 390 182 427 (79^p) etc. Dein cf. cum forma Ἀττῆ: Ἀυνῆ PLond II 144 97 (III^p) τοῦ ʿΑτρῆ 284 8 (346^p) διὰ Κιαλῆ 290 18 τοῦ Μουcῆ 298 3 (c. 350^p). Et haec quoque exempla e decrepita Graecae linguae aetate comparata. Restat Πετοῦc PGrenf I 12 29 (383^p) et e Graecorum nominum numero Єὐτυχῆτοc PLond II 254 29 (III^p) Ἀπελλῆτοc POxy I 53 3 (316^p) Ἀννῆc Єὐτυχοῦ PSchow pg. 14 (191^p). Μενέουc PLeid M 17 (135^a) PPar 5, 1 10 8 5 7 (116^a)) quo spectet ignoro. Possis de Graeca voce Μενῆc sive Μενέαc cogitare, sed haud scio an lateat nomen Aegyptiacum. Mireris Χάρην PLond II 185 16 (91^p), cum sit Χάρητοc ib. 109 21 141 326 327 (II^p).

1) Rectius ʿЄρμοῦ Eud 5 10 24 7 (c. 100^a) PLond II 260 30 261 57 62 (I^p) WL 2983 2993 etc., verum horoscopus scriptus a. 95^p: ʿЄρμοῦ PLond I 128 34 129 35 55 59 — ʿЄρμοῦc 128 12 14 15 19 24 25 32 129 50 130 60. ʿЄρμοῦc quod pariter atque Ἀπελλοῦc vituperaverat Herodianus (cf. Anecd. Ox. III 251 23), e codicum lectionibus mihi nondum innotuit.

2) Neque e Graeco Aegyptiorum sermone tibi comparaveris (ʿЄρμῆν WL 2361 PLond I 71 188 s. IV^p), at τὸν ʿЄρμῆ Perrot Galatie et Bithynie I 48 (Claudiop.).

3) ʿЄρμεῖ id quod cum πολίτει τεχνίτει conferendum saepius legitur in titulis aetatis Lagidarum: DS^1 246 62 78 (Sesti 120^a; ibi praeterea nusquam -ει = -ηι) BCH I 284 VI 342 343 (Deli I^a) V 484 12 (Sami II^a). Quodsi etiam in libris extat: ʿЄρμεῖ Pausan. VIII 17 2 La Schol. Hom. A ed. Dind. II 71 31 Euseb. praep. ev. I 36^d A, inter librariorum potius peccata haberi oportet.

4) cf. KB I 387 (affert Θαλέω Plat. rep. X 600^a), addo Θαλέω Arist. Polit.

μ 27 11 (mitto quod traditur .. ΑΡΕΟϹ ευ VIII^{2} 101, 1 14)[1]), Ἄρη ευ 76 16 π IX^{2} 30, 7 13.[2])

Nomina propria quae exeunt in -αϲ praeter ἀπὸ Εἴδα ευ 75[3]) ad unum omnia instruuntur genetivo ΟΥ, cf. Νικαγόρου Στ 41 3 Διαγόρου ευ 85 7 etc. Νικίου ρ I 125 26 etc. Μοιρέου Ακ 17 3 10 Νικήτου Ακ 33 40.[4])

Apte hiscum iungitur nominum in -λαοϲ (-λαϲ) explicatio: Ἀγηϲιλάωι υ 15 9 Ἀρχέλαον 13 7 Κριτόλαοϲ ρ II 102 3 155 3 198 fr 6 279 fr 23 Κρι]τολάου 104 fr 10 Κριτολάωι 101 14 198 10 221 10 277 12 Ἰολάωι (philos.) p 1044 11 6 Φιλόλααϲ Iatr 18 8 20 22 Φιλολάωι 24 — Μναϲίλαϲ p 168 OI 146, 55 10 Φαϲίλαϲ Iatr 12 36[5]), variatur in his: Ἀκουϲίλαοϲ ευ 14 13 34 6 43 26 61 13 — Ἀκουϲίλαϲ ευ 43 20 Ἀκουϲίλαι Στ 22 7[6]), Ἀ[ρκ]εϲίλαοϲ (philos. Acad.) Στ 15 3 — Ἀρ]κεϲίλαι Ακ 16 14 Ἀρ]κεϲίλαν Στ 22 3.[7])

---

1 11 1259^{a} 6 31 (verum Θάλητοϲ 2 29 1274^{a} 29 ad Cretensem illum vetustissimum legum et modorum inventorem pertinet, cuius nomen Θάληϲ Θάλητοϲ non ut vulgo ferebatur Θαλήταϲ Θαλήτου fuisse Herm. vol. XXXVII p. 224 exposui) Aristocl. peripat. ap. Euseb. pr. ev. XI 510^{b} BCFG (Θαλοῦ cett.) Sext. Empir. 208 15 Stob. phys. ed. Wachsm. 131 10 143 10 152 4 155 18 199 10 (in doxographicis) Iambl. vit. Pyth. 3 13 14. At posteri plerumque Θαλοῦ sicut Strabo 7 (sed constanter idem Δαρεῖοϲ ὁ Ὑϲτάϲπεω 305 638 etc.) Clem. Alex. strom. ed. Dind. I 105 7 Diog. Laert. 1 40 42 8 1 sive Θάλητοϲ sicut Porphyr. vit. Pyth. 32 (sed Θαλῆν 14), cf. Θάλητα Timo ap. Diog. L 1 34. Nec defuerunt qui ad nominum in -ήϲ, -οῦϲ, -εῖ, -ή morem flecterent: Θαλοῦϲ Schol. Hom. A ed. Dind. II 171 32 τὸν Θαλῆ Sext. Empir. 538 32.

1) Ἄρεωϲ constanter tituli et papyri, cf. BCH VII 388 (Deli II^{a}) Mon. Ancyr. 7 3 11 10 16 5 18 20 BCH VII 263 (Attaleae i) etc. PPetr II 85 26 (c. 250^{a}) POxy II 235 15 (I^{p}) BU 552, 2 6 (263^{p}) etc. At in libris admodum volgaris est scriptura Ἄρεοϲ, cf. Ἄρεοϲ Strab. 240 C (-ωϲ B) 597 CDE (-ωϲ F, et sic libri omnes 185 229 250 Scyl. 86) Gemin. 4^{c} libri praeter V^{2}. Platonis codices optimi tradunt quidem antiquitus Ἄρεωϲ (cf. Schanz XII xII) sed correctoribus -εοϲ magis placuit quemodmodum Ἄρεοϲ leg. 671^{e} 833^{b} Parisini A corrector a scribi maluit. In scholiis Veneti A saepius Ἄρεοϲ removit Dindorf, cf. I 130 17 190 13 al.

2) Ἄρην interdum sermo epicus (sed vitiose hinc inde in Atticorum libris scribitur, cf. KB II 514); idem extat Agatharch. 116 36 Dio Chrys. 11 87 (sed hic Ἄρη MV quorum fides optima habetur).

3) Haec constans est mythographorum forma, cf. Ἴδα Apollod. 1 69 3 135 Paus. III 13 1 IV 2 7 Plut. Thes. 31.

4) De gen. in -ου et -α (Γοργίου Φειδία simm.) e poetis nonnulla congessit Schulze qu. ep. 298, cf. etiam KB I 386 sq. Meist.^{3} 120. E Strabone notavi Πυθέου 104 sed τοῦ Λαγέτα 478 (-του B). Βραϲίδα Diod. 12 76 a Dindorfio in Βραϲίδου mutatum est. Quod bis e Philoponi memoria emersit Ἀναξαγόρα (in Ar. phys. 87 11 L 101 5 K) philosopho reddendum esse censeo.

